

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**In Nuperam Theodori Antonidis, Ecclesiastis Belgae, Sententiam De Mysticorum Historiae Ijobae Sensu**

Lipsiae: Typis Immanuelis Titii, [1703?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn874351014>

Druck    Freier  Zugang





OK

43

49 el.4

Fa-1092(43)

- Decem
1. Henr. Opilius *Theologia exegetica methodo analytica proposita ad tota bullis suum complecta. Lips. 1724.*
  - 2.a. Ios. Cor. Schrammius de dabo vel. poss. in veteri Testamento repetitis Helv. 1723.
  - 2.b. Christ. Bea. *Michaelis de studio partium a saeculari literarum inter pretatione renovanda. Hal. 1729.*
  - 2.c. Franc. Wokenius de pietate iusticia. Petrib. 1731.
  3. Jo. Reich. *Rufius de vario Moysi mortale Simi affectu. Lips. 1716.*  
rec. 1733.
  4. *Pom. de serpente seductore ex naturali fido solo diabolo. ad Gen. III. 1-15.*  
ibid. 1712.
  - 4b-c. Jo. Pfeifferius *de ligatione Ippoci ad Gen. XXII. disf. 5. Gen. 1662.*
  - 5.a. Jo. Andr. Schmidius *de oraculo a Iobea conferto. Ad Gen.*  
*XXXI. 21. Lips. 1712.*
  - 5.b. Mich. Liechtenau *de Racheli desponsis Iudaiis ad Gen. XXXI. 14.*  
Petrib. 1660. rec. 1710.
  6. Christ. Beno. *Michaelis antiquissima Idumaeorum historia ad Gen.*  
*XXXVII. 30-39. Hal. 1734.*
  7. Gott. Fried. *Gudius de Hebraica obstericam origine ad Exod. I. 15. Lips. 1724.*
  8. Christ. Weilius *de duplice petra in deserto peruersa ad Exod. XVIII. 1-7.*  
*Vet. Num. IX. 1-13. Lips. 1727.*
  - 9.a. Jo. Andr. *Schmidius de Iethrone ad Exod. II. ad XVIII. Helv. 1715.*
  - 9.b. Jo. Christ. *Ortolinius de fonte Ippoc. principum baculis forso et corinde*  
*ad Num. XIX. 16. 17. 18. Lips. 1718.*
  10. Jo. Gott. *Carpzonius de anno jubilacionis secundam disciplinam Hebreos,*  
*opus. Lips. 1730. (ad Levit. XXV.)*
  11. Jo. Carol. *Bachem de diuinitio Iudaica a 320 nunguanis percepto,*  
*reque etiam legaliter peruerso. ad Deuter. on. XXIV. 1-4. et Malach.*  
*II. v. 15. 16. Lips. 1729.*
  12. Jo. *Leidaeke de ipsius David. Ps. 4. ad aerius unius Iudaorum*  
*Deterioribus. Lips. 1727.*

17. Lud. Friedr. Wiesius de coeis et clavis prophetarum ad 2 Sam p,  
 v. 6, 7. S. Wittek 1721.
18. Jo. Andr. Dangius de Davidis in Ammonitas levicatos mitigata  
 crudelitate ad 2 Sam. XII 31. Gen 1710.
19. Jo. Friedr. Mageni <sup>opus</sup> regna <sup>secundum</sup> Moyses Aegyptum justus interfe-  
 cerit ad Exod II, 11. 12. 1685 rec. Wittek 1720.
20. Linden Elias coroneus coniunctus ad 1 Reg XVII, 1 - 6. Wittek 1685.
21. Jo. Christi. Kebenstiel de Maacha a regia renata ad 1 Reg  
 XV, 13. Lips. 1734.
22. Jo. Friedr. Magenus de Achabo appetente et Nabotho vitam  
 vicac postponente ad 1 Reg. XXI. 1685. rec. 1701.
23. Pedem de reformatio*n*e Iosiae regis ab idolo <sup>in</sup> Templo  
 facto his 2 Reg. XXII, 6. 7. 1685. recus Wittek 1701.
24. Jo. Schmidii <sup>in</sup> disquisitio*n* in Antiquis sententiis de mystis  
 eo historiis Jobaeae sc*ri*p*t*a. Lips. 1703.
25. Jo. Faustii Exercitatio i*n* Psalma XXXIV. Argentor. 1701
26. 27. Jo. Gabel Gefferi commentationes i*n* Ps. LXVIII. Lips.
28. Jo. Bear. Michaelis de libro Coheleth. Hal 1716 rec. 1725
29. Christi Bear. Michaelis de Salomonis ad laetitiam ep.  
 hortacionibus ad Coheleth. II, 2. 2A. 26. III, 4. 12. 13. 22. V, 17. 18. 19.  
 VII, 14. VIII, 15. IX, 7. 8. XI, 9. 10. Hal. 1729.
30. Jo. Schmidius de salutifera p*re*ceptoris resurrectione. ep. Mich.  
 11. 13. Lips 1705.
31. Jo. Gerk Seier de facello el baf*o* dolorau. ad Anos. VI 26.  
 coll. Acto. VIII, 43. Helv*o*. 1726
32. Jo. Reinh. Rufus de LXX Hebreomadib*u*s Danielis ad Dan. VI 24.  
 25 26. Gen. 1720 rec. 1733.
33. Jo. Adam Quagius de vera significacione vobis N<sup>o</sup> 27 ad Obd. I, 1.  
 Lips. 1729.









<sup>24.</sup>  
*J. N. D. J.*

IN NUPERAM  
THEODORI ANTONIDIS,  
ECCLESIASTIS BELGAE,  
SENTENTIAM  
DE  
M Y S T I C O  
HISTORIAE I JOBEAF  
S E N S U,

<sup>30.</sup>

ADPROBANTE VENERANDO THEOLOGORUM  
IN ALMA LIPSIENSI ORDINE

*S U B P R A E S I D I O*

DN. JOHANNIS SCHMIDII,  
SS. THEOLOGIAE DOCTORIS EJUSDEMQUE,  
UT ET ELOQVENTIAE, PROFESSORIS PUBLICI,  
ALUMNORUM ELECTORALIUM EPHORI, COLLEGII  
B. MARIAE VIRGINIS SENIORIS  
ET PRAEPOSITI,

*PATRONI AC PRAECEPTORIS SUI  
AETATEM COLENDI,*

D. XII. OCTOBR. M DCC III.

PLACIDE ET SUBMISSE INQVIRET

M. Gottfried Wagner / WESMARIA-MERSBURG.  
SACRARUM LITERARUM STUDIOSUS.

---

L I P S I A E,  
TYPIS IMMANUELIS TITII.

I. Theff. V.

v. 20.

Περφητίας μή ἐξθενεῖτε.


v. 21.

Παντα δοκιμάζετε·


τὸ οὐλὸν οὐλέχετε.

Jac. V. v. II.

Ιδο, μακαρίζομεν τὰς ὑπομένοντας. τὴν ὑπομονὴν Ἰωάννης  
σατε, καὶ τὸ τέλος κυρία εἰδεῖε, ὅτι πολυεύσπλαγχνός ἐστι  
καὶ σιντίκμαν.



## PRÆFATIO.



Jobi nomen magnum vere & memorabile est. Seponamus, L. B. fortunae bona, quae Ijobum non minus ac alios plures, Sanctissimo Spiritu teste, magnam felicitatem (גּוֹלֶן מִכְרָן בְּנֵי קְרָן) effecere. Mentis bonitatem supponamus: & magnam pietatem, pietate inquam, Virum nominare Ijobum officii erit. Praefo sunt duces. Adebat ipse Iob ac pietati sue panegyricos dicit: adebat nobilium e Judaeorum Synagogæ & Christianorum Ecclesia turba Patrum, quæ Ijobum ob pietatem ter geminis tollere honoribus certat. Ast procul sunt mortales: mendacia, hyperbolas loquuntur, invidus inquit Momus. Deus adsit, veracissimus, quidni & locupletissimus? de integerrima Ijobi pietate testis. Ita ille: רְחִיבָה אֲשֶׁר חַדְרָתָה וְשָׂרָה וְרוֹאָה אֱלֹהִים וְסָרָרָה אֲזִין; iterum: כְּסֻמָּן בָּאָרֶץ אֲשֶׁר חַדְרָתָה וְשָׂרָה וְרוֹאָה אֱלֹהִים וְסָרָרָה מְרַעָה; in historia de Ijobo c. I. v. 1. 8. II. 3: qui Ezech. XIV, 13-20. illi etiam magnorum virorum trigæ hunc nostrum accenset, cuius pietati sub promisso divino: חַדְרָתָה בָּאָרֶץ אֲשֶׁר נִצְלָוְנִשְׁפָּטָה non famæ, non bellua, nec ensis, nec pestis, ארְבָעָת שְׁפָטָה וְרוֹאָה metuenda erant. Sic sat habebes, mi Lector, de magna Ijobi pietate testimonii. Sed quantum Ijobi vel e sola pietate nomen, tantæ in ejus historia controversiae. Non propriæ nominis אִזְבָּת origins curo, de quibus, num Hebraeæ, an Arabum linguae, & si Hebraeæ, num radicibus, יְרֵב aut רַאֲבָה ant אִזְבָּת, an nominibus, vel appellativo אִזְבָּת, vel proprio אִזְבָּת, primitus debeantur, Grammatici certant & adhuc sub judice lis est. Leviora haec sunt. De rebus altioris momenti ver multa retro secula quaestum inter eruditos & Christiani & Judæi no-

minis fuit. Quaeſitum, quod valde miramur, de ipsa hiftoriae Ijobeae veritate, ſeu, num extiterit unquam Ijeb, an narretur de eo fabula. Quaeſitum porro ab iis, qui extitiffe Ijobum crediderunt, de Ijobi proſapia: num Chami e Cenaane, an Schemi, vel ex Aramo, vel ex Arphachſchado: ſi Sche- mi ex Arphachſchado, num per Nabborem aut Nabboris progeniem, an per Abrahamidas: ſi per hos, num e Midiane, Keturaea, an ex Iſaaco, Sa- raea prole: ſi ex Iſaaco, num per Serahh, Esavi, an per Iſiaschar, Jacobi filium nepos: numve proin, ut in his ſententiarum diuertiis diverſimode ſupponitur, יְהוָה ille Arami, e Gen. X, 23. an יְהוָה ille Nabboris, e Gen. XXIII, 21. aut Ultzita minimum, an חֶבֶב ille Regnuelis, e Num. X, 29. an יְהוָה ille Serahh Botzritae, e Gen. XXXVI, 33. 34. an יְהוָה ille vel יְהוָשָׁ� Iſiaschari, e Gen. XLVI, 13. ¶ 1. Par. VII, 1. Ijob fuerit; adeo non omnes uno ore ad Ijobum: Auctore ab illo ducis originem. Quaeſitum ulterius de Ijobi ſe- de ac patria: num Armenia & in ea, nescio quae, Constantinopolis, an Palae- ſtinae quaedam pars, vel Aquilonem vel Auſtrum versus ſita, an Syriae, bu- juque vel Damascenae, vel Apamenae, vel Petraeae, vel Sceniidis ſeu De- ſertae regio adpellanda fit יְהוָה יְהוָה, de qua ſermonicaretur Noſter: hic amor, haec patria eſt, aut: hae nobis propriae ſedes. Quaeſitum quoque de Ijobi familia: num Dinam Jacobeam, an Arabiſſam aliquam, num u- nam, an mortua priori alteram duxerit, numque ex integro conjugio ſe- ptem tantum, an quatuordecim, tres tantum, an ſex filias ſuſtulerit obſer- vans, ut decet, connungalia jura. Quaeſitum praeterea de Ijobi cum po- litico tum religioſo ſtatu: civisne fuerit an rex regumque parens: genti- lisne an fidelis, unius vel Trinunius Dei culum iſto ſuſturus alloquio: Sit nobis eadem relligio & pietas. Quaeſitum amplius de Ijobi aeo: num ante Abrahamum, diu aut proxime, an cum eo, an post Abrahamum, ſicque num Iſaaci, an Jacobi, an Iſraelitarum in Egypto aut post exodus in deſerto cum Moſe degenitum, an Judicum, an Davidis aut Solomonis, an Abaſveri temporibus uitam egerit peregeritve noſter hic Neſtor, ad quem coaevi: O facunde ſenex, aevi prudentia noſtri. Quaeſitum adhaec de Ijobeae uti calamitatis, ita vitae totius duratione: num aetatis anno quin- quagesimo, an sexagesimo tertio, an ſeptuagesimo, an octogesimo quinto vel ulteriori coepiffe oportuerit tot volvere caſus inſignem pietate virum, tot adire labores, numque post annum, an exacto biennio aut quadriennio, an elapsis demum quatuordecim annis dici tandem potuerit: optatus ille portus aerumnis aedel: & num per omnem aetatem annos vixerit centum

qua-

quadraginta aut octoginta, an, quod majus, bis centum aut additis insuper decem, aut decem septem, aut viginti aut quadraginta aut duo de quinquaginta aut quinquaginta quinque, aut duobus & sexaginta, introducendus ideo Nestoris verbis: vixi Annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas. Quaesumus denique de Ijobi libro: qua auctoritate, num divina, an humana: quo auctore, num a Ijobo ipso aut ejus amicis, an a Mose, si non primo scriptore, interprete tamen, an a Solomone aut quodam Davidis Solomonisve συνχρόνῳ, an post Solomonem a Prophetarum nonnemine: quo tempore, num Ijobi, an secuturo demum: quo idiomate, num duplicit, Arabico primum vel Syriaco, dein Hebraeo, an uno tantum, solo Hebraeo, & si Hebraeo, qua Hebreorum dialecto, purane an e Syria mis, Arabismis & Hebraismis mixta, & si cum aliorum scriptis dialectum conferas, num Moysi, an Davidi aut Solomoni usurpata: quo, si dialogos a.c. III. v. 3. ad c. XLII. v. 6. species, metri genere, numheroico eoque plane singulari, an nobis incognito, quove instituto, num brevi materiae dictae in tabulis privatis delineatione, an longiori statim in publicis diductione, si Ijobus quidem vel Ijobeus aliquis primus putetur auctor, sin alias, num prout dicta omnia sunt, an prout dici potuissent, (quae de his illis rebus ac phrasibus Libri Ijobei motae sunt, quaestiones satis difficiles taceo in praesenti,) consignatus sit; reperiasque omnino, quibus adrisit consilium, ut, quicquid de libro Ijobi disquiritur, excepta summa Deontologia perinde atque Auctor desinat. inquiri. Tentavit jamdiu per sedecim integra capita in excutiendis singulis hisce & cognatis questionibus, quod e sua aliorumque confessione pari diligentia nemo, Fridericus SPANHEMIUS, F. Senex, non sine moerore, torius & Belgii & Orbis erudit, fato ante annum funditus, dignus ipse luctu, quo ex ejus mente Bochartus, (vid. L. m. c. c. XVI. §. 9.) cui nimurum Musae parentarent canerentque lugubri carmine, qualis sub densis ramorum concinit umbris Daulias assumti fata gemens Ityli, in Historia Jobi sive de obscuris Historiae commentatione secundis curis vere secundis Lugd. Batav. se edita an. 1672. Et in Enchiridio suo Biblico an. 1681. primum, hoc anno tertium Tiguri excuso, Johannes Henricus HEIDEGGERUS, genuinus Spanhemii Discipulus, quadriennio ante Magistrum mortuus ac parcum eo luctu dignus, sique canenti in Ejusdem funus Vejelio succinere placet, toto celebratus in orbe Theologus, in contrahendit e commendatissima Spanhemii sui commentatione sententiis dandisque ex ea solidissimis quibusque ad propositas quaestiones responsis, quod omnibus fortasse con-

sentientibus pari diligentia nemo, L. I. c. 36. a. p. 373. ad p. 386. (Edit. I.)  
 tenavit. Hoc consule Duumviros, L. B. si in cognoscendis, quas recitavimus  
 modo, Historiae Ijobae controversis vel largius vel parcus consultum  
 tibi velis. Nobis, ne justae præfationis limites transiliamus, transcen-  
 dum ad propositum nostrum est. Id breviter nunc aperiemus. Novi  
 prioribus subjungenda venit quaestio. Quaerendum de Historiae Ijobae  
 sensu, num simplex ille seu mere literalis, an prægnans seu insimul mysticus  
 sit, & si mysticus, num Christi res, an res Ecclesiæ a prophetico Spiritu in-  
 tendantur. Solum literalem, quantum ad continuam historiae seriem at-  
 tinet, agnoverunt ex iis, qui per mille quingentos fere annos in Iobi histo-  
 riam commentati sunt, plures. Fuerunt tamen, qui mysticum insuper ad-  
 derent: fuerunt, qui Christi, fuerunt, qui Ecclesiæ N. T. fata sub Iobi fa-  
 tis typice repraesentari existimarent. Jam ad rem. Ultimam de sensu  
 mystico sententiā propugnavit tribus abhinc annis, editis in Iobi librum  
 Meditationibus, viam aliquantum monstrante Petro van Hoecke, Ecclesiaste  
 Leovardiensi, Theodorus ANTONIDES, Ecclesia Reformatæ Frisicæ in We-  
 sterwijtwerp & Menckeweer Minister, Vir non superficiariae in sacris lite-  
 ris & Ecclesiæ monumentis experientiae, quam aliis quoque laboribus exege-  
 ticiis, ut explicatione epistolæ Petrinae prioris, an. 1694. & posterioris, (collata  
 Judæ) an. 1697. explicatione item Miraculorum Christi altera vice cum  
 augmentis, eodem anno, nec non Epistolæ Jacobæ explicatione an. 1699.  
 Leovardie forma & idiomate Belgico publicatis Ordini eruditorum com-  
 probavit. Scripti, quod nos intimavimus, quodque Leovardiae an. 1700. for-  
 ma consuetâ emissum, & Henrico atque Carolo, Ferdinandis, Baronibus van  
 In-en Knyp-Huisen dedicatum ab Antonide fuit, rubrum integrum hoc  
 est: Bedenkingen voorgestelt ter nader Verklaringe van't Boek Jobs.  
 Als was JOB in sijn eerste Welstand, sware Elenden en laaste herstel  
 een Voorbeeld geweest van de Kerke des N. T. in haar eerste segen,  
 sware Verdrukkingen (sonderling ender den Anti-Christ) herstel by  
 de Reformatie en toekomstige heerlijkheid: en als of ook de Gesprekken  
 tusschen JOB en de Vrienden sinnebeldig te passen waren op de  
 twist-redenen, Eeuwen lang herwaarts gevoert tusschen de Belijders  
 der Waarheit en de Aanhangern des Anti-Christ, de Kerke tot nader  
 ondersoek voorgedragen door Theodorus Antonides. Vix annum  
 natus erat eruditissimus hic partus, cum Germanice loqui disceret opera  
 Francisci Laurentii a HAMMEL, Ecclesiastis Homburgo-Hassiaci, iidem

Re-

Reformati, qui translationem a se adornatam an. 1701. (licet titulus anno 1702. prae se ferat) typis Francofurtenibus cum Republica literaria communicavit. Summa aviditate, quam primum in illustri hac Urbe, largissima rerum uti omnium, ita earum praecipue, quae bonis literis conducent, promota condit innotuit, legi, perlegi, relegi, ut trahit sua quemque voluptas,exegeticum hoc Antonidis scriptum. Nova inveni eaque non nisi elegantissima. Meditari, quod decuit, de Viri Clarissimi meditationibus coepi. Verum a curationi intuita aliis retractus curis rem totam sepulsi mentemque dissensum inter & assensum suspendi. Interea, quoties redit in memoriam, candidus fateor, suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant mentem. Hinc, postquam specimen laborum Academicorum exegerunt a me illi, a quorum nutu mea pendent obsequia, doctissimi Antonidis sententiam in animum revocavi. Reperi primum privatis lucubrationibus & explicationis, & confirmationis, & commendationis momenta, momentorum dein perpendi pondera, & sic tandem, quae vera, quae dubia menti ab affectuum prejudicio liberae visa, in publicae hujus Dissertationis Sectione Secunda, praemissa in Sectione Prima succincta momentorum omnium enarratione placido Theologorum, ipsiusmet etiam Antonidi examini, fretus Bonorum omnium favore proponere decrevi. Wy treden hier op dan toe; edog beschroomt en sidderende: en niet als met de nederige en godvrugtige smekinge, dat het namelijk den Vater der Ligten behage ons door sijn Geest te verligten, en in alle Waarheid, die in Jobs Boek opgewonden en besloten legt, der eeran sijne naams, dienste van sijn Kerke, heil en saligheid van alle de sijne te leiden. Hec bene Antonides Explicationem suam adgressurus P. VII. Intro. §. 6. Talia & nos cum ipso, explicationis illius donumq[ue] ex prescripto Apostoli: καὶ σὺ δοκιμάζετε, adgressuri. Accedimus; sed cum timore ac iremore, & non nisi humili pioque voto, velut lumen Pater Spiritu suo nos collustrare, nosque in omnem veritatem, quam Iob liber apertam operante foveat, in nominis sui gloriam. Ecclesia sua emolumentum omniumque suorum salutem ducere. O bone Jehova, exaudi me, cum Davide Tu⁹, vero admirandorū in Lege tua aestimatōre, haec e Psalmo CXIX. v. 18. pre-  
cātem:

גָּדוֹן עַנְיָן וְאֶבְרֹתָן נִפְלָאוֹתָן בְּהַזְוֹתָךְ :

SE-

• • ] o [ • •  
**SECTIO PRIOR,**  
 Quae est  
**HISTORICA.**

§. I.



Raemittenda igitur in priori Sectione est succincta momentorum omnium, quibus vel explicatur, vel firmatur, vel commendatur Clarissimi Antonidis sententia, enarratio. Enarranda ab initio *Explicationis momenta* sunt. Scilicet ex Auctoris mente primaevam Ecclesiae N. T. prosperitatem, subsecuturam miseriam ac impetrandam denique restitutionem Ijobus in primaeva sua prosperitate, subsecuta miseria ac impletata tandem restitutione, volente ita omniscio Dei Spiritu, repræsentavit. Unde, quicquid de Ijobi & Ecclesiae fatis ferre posset praegnans Historiae Ijobae sensus, id omne Exegeta noster ad tres temporis statusve periodos, quarum prima originariae prosperitatis, altera miseria, tercia restitutionis est, refert. Atque haec totius explicationis summa est; quam in praefixo & a nobis jam recitato Scripti citati rubro, quam in praemissa ad Reformatam Belgii Ecclesiam praefatione inque Ijobi Historiam introductione, quam in universa tandem exegeſi videas. Ast summa est. Commentarium postulat insignis illa, quae curiosis insidet animis, explicationis singularis momenta singularia legendi, aut si jam lecta, relegendi libido. Ne quid ergo, quod declarandae Antonidis nostri sententiae ac restinguendae aliorum siti prodeſſet, omitterimus, potiora ex ipsamet Auctoris commentatione recensēbimus capita, in quibus pro constituto trium periodorum ordine conferre Ijobum cum Ecclesia, ceu cum antitypo typum, eidem placuit.

§. II. *A nomine principium : אַיּוֹב שָׁמוֹ :* Ijob nomen ejus.

Hoc ut tenello inderetur, summum, si Antonidi credas, providit Numen. Exhibere enim vi quadruplicis suae radicis אהָב amavit, אִיבָּה desideravit, יְאָבָּה inimice tractavit & יְבָבָה clamavit, sublimi sensu debebat Ecclesiae N. T. statum felicem, infelicem, prout ea nempe a Deo Trinuno veterisque foederis patribus amata ac desiderata, a Judaeis autem, Gentilibus & Anti-Christianis inimice tractata sive ad profundendos clamores dolore & miseria adacta fuit. Quemadmodum pari sensu sublimi-

mi-

SECTIO PRIOR, QUAE EST HISTORICA.

9

mitate per Ijobi sedem, sive peregrinam sive patriam, famosam illam  
 יְהוָה עַתָּה, Terram Utz, ab יְהוָה h.e. consulendo nomen sortitam, Ecclesiae N. T. duplex sedes, Terra Judaica, quae Synedrii seu Senatus Judai-  
 ci, & Romana, quae Senatus Romani, Ethnici primum, deinde Anti-  
 Christiani, terra extitit, geographice quasi delineatur. Sed haec ad u-  
 niversas Ecclesiae periodos. Procedendum ad singulas est.

§. III. Meditandae in prima Periodo sunt, idque e prioribus sex Historiae Ijobae tmematiis, primævae Ijobi & Ecclesiae felicitates. Quot heic sacri textus incisa, tot illarum, e mente ingeniosissimi nostri Belgæ, indicia. Venabimur paulisper cum eo absconditos sensus. Adpellatur Ijob in fronte libri sui יְהוָה, non יְהוָה aut יְהוָה, non homo, sed robustus, dives ac potens Vir: quo omne? ut potentia, divitiae ac robur, quibus beanda in spiritu Ecclesia erat, adpellativo hoc nomine exprimeretur. Laudatur in Ijobo *perfectio, integritas, pietas, malique, fuga*: Sub hac vero laudis materia Ecclesiae virtus longe illustrior, ea nimirum, quae ex acri acceptae semel per Christum justitiae, &c, ab humano Pontificatu, rituumque, seu Judaicorum seu Anti-Christianorum, jugo, immunitatis defensione emicuit, praefiguratur. Hucusque versus primi oracula: sequuntur, quae caeterorum sunt.

§. IV. Commemorantur liberi Ijobi, numero undecim, sexu præstantiori septem, sequiori tres: atque in his Ecclesiae N. T. membra, & illa, quae diversi sunt sexus, mares ac foeminae, & ista, quae diversi sexus indolem imitantur, homines singulos intellige, aut integros populos, qui verbi divini semen vel aliis immittere, vel ab aliis admittere tenebantur, quive vel firmioris vel imbecillioris erant fidei, Ecclesiae, inquam, membra, quae septem sub periodis, si tempus spectes, si loca, in tribus cogniti olim Orbis partibus, florere debebant, mystico nostro Interpreti offeruntur. Depingitur etiam Ijobi numerosus pecudum & pecorum gressus, famulorumque cohors: sub hac autem pictura ingens variorum Ecclesiae tum Ministrorum tum Confessorum, eorumque, vel plus vel minus, vel in planicie vel in montanis, majori minorive cum commodo, laborantium, numerus latet. Ob connumeratas felicitatis partes cunctis Antiquioribus, seu Orientalibus (utrique יְהוָה) major Ijob historico sensu, & sensu prophetico N. T. Ecclesia major, antiqua illa Orientali Patrum V. T. utpote exiguis Palaestinae limitibus circumscripta atque ex unico Israelitarum populo collecta, nuncupa-

B

tur.

tur. Quae secundi ac tertii versus de felicitate Ijobi & Ecclesiae, juxta Antonidem, mysteria sunt.

§. V. Felix adhuc Ijob est & in Ijobo Ecclesia. Utriusque adspice cum Auctore filios. Laetantur invicem, adsumitis in laetitiae consortium sororibus, Ijobi filii mutuaque curant convivia. Quibus conviviis deliciosa illae dapes, queis una in spiritu frui invicem, omnibus Ecclesiae membris contigit, adumbrantur. Conventum fuit ad circulares epulas: neque hoc sine sublimiori ratione, cum eo ipso sacris conventibus, quos, vel arcana sanctorum animarum communione, vel publica quoque corporum in Conciliis publicis praesentia, Ecclesiae membra celebrarunt, praelatum sit. Nec deest sublimior ratio in eo, quod functos epulis liberos, si quid forsitan, ut fieri solet, impii admisissent, pientissimus parens, praevia lustratione, sacrificiis expiavit: praelusit egregiae curae, qua pars Ecclesiae purior, metuens, & recte quidem, ne caeteri forte, vel in communi fraternitate, (sequor Auctoris verba: *en haar gemeene Broederschap*) vel in conciliis, modo vario, ut superbiendo, supremumve aliquod Ecclesiae caput fulciendo & promovendo, inutilesve de hoc vel illo ritu gerras, fœni instar & stipularum, fundamento superfruendo, retenta licet de vero אֱלֹהִים seu Deo foederali confessione, peccarint, post Constantinum maxime, admonitionibus suis ad pristinum sanctitatis studium, oblatis simul Deo sacris intercessionibus, reduxit. Haec Spiritus S. de primaeva Ecclesiae prosperitate mens e mente Auctoris nostri recondita in versu quarto & quinto est.

§. VI. Quaeris brevem Universae, qua Ecclesia gavisa est primitus, felicitatis synopsis? en tibi eam versus sexto. Ita insit Scriptor, *禱告文*: וַיְהִי הַיּוֹם וַיָּבֹא בְנֵי אֱלֹהִים לְהִתְאַכֵּל יְהוָה Fuitque dies, & venerunt filii Dei ad sstendum se Jezovae. Edifferam ex Antonide clarius. Primaeva Ecclesiae prosperitas in eo consistit, quod multæ hominum myriades in illius gremium constuxerint, veritatem, ad fundamentum quae pertinet, retinuerint, archi-hæreticos in conciliis condemnarint aliisque decentibus modis genuinum se Dei populum commonstrarint. Incipit aurea hujus prosperitatis ætas ab adscensu Christi, decurrit per sex priora a Christo nato secula, sstetur in Bonifaci III. Papæ, quales hodie esse solent, primi, ortu ac pro appendice (*als een nasleep*) septimum habet atque octavum seculum.

E qua

E qua temporum serie illa in primis attendenda hic sunt, quae summam Ecclesiae dilatationem continent, dicam cum Nostro, Seculum Quartum, Quintum, Sextum. Hac in periodo, hoc quasi die (—), praetor eos, qui jam Seculo I. II. III. advenerant, filii Dei quam plurimi undique, ut e toto Romano Imperio, ex Persia, Iberia, India, ex Marcemannia, Seculo IVto: ex Hibernia, Burgundia, Franconia, aliisve regionibus, Seculo Vto: e Colchide, ex Armenia, Scotia & ceteris, Seculo VIto, ad Christum ejusque Ecclesiam adpropinquarunt, officia, quae enarravimus modo, praestituri. O! amoenam primaevae Ecclesiae prosperitatis periodum. *O! tortuose serpens, Qui mille per maeandros Fraudesque flexuosa Agitas quieta corda, Discede, Christus hic est: Hic Christus est, liquefcere. Signum, quod ipse nosfi, Damnat tuam catervam.* Sic Prudentius, felicioris hujus periodi felix Poeta, pro securitate noctis: sic merito cum Prudentio Christiani omnes pro diei suae, seu felicioris periodi, securitate. Ast frustra vovent: abesse, discedere, liquefcere cum caterva sua Satan, עקלתון נחש, noluit, signum licet Constantini tempore cum, ἐπιχειρήσας τέτω vina, vidisset, nosset. Venire medios inter fideles, operari, simulare lucis angelum, spargere magis magisque, sub persona veri doctoris, per Arium & alios, haeresium semen coepit; de quo, juxta Auctorem ita sacer historicus: יובוא גם השטן בחותם. Immo plura conatus in Ecclesia, Deo permittente, fuit. Hinc subsecuta miseria, quae secundam fatorum Ijobi & Ecclesiae periodum, ut putat Antonides, produxit.

§. VII. Duplex hic, eaque sat gravis, describitur calamitas: altera externa, quae Ijobi & Ecclesiae exteriora bona, altera interna, quae ipsum utriusque corpus attingebat. Ambas diversis modis ursit Satan, indulxit Deus, suscepit Ijob, in Ijobo Ecclesia. Ursit priorem Ijobi miseriā Satanas hoc ordine: se terram perambulasse, interrogatus a Numine, confitebatur v. 7. cumque ex eo quereretur, fueritne intenta in Ijobum, stantem adhuc, cogitatio, v. 8. השתרת לבר על עברו γάρ heb g v u gedachte ook geset op genē mijn Knecht, e. s. v. responsi loco mercenariae pietatis, suspensae a beneficiorum divinorum adfluxu Ijobum incusabat v. 9. 10. sicque demum ad immittendam bonis ejus, sub spe experiundae simulationis, graviorem manum excitabat, h. e. miseriā priorem urgebat. v. 11. Par servatus ordo in urgenda priori Ecclesiae miseria. Petrepit a primo initio & posthaec, intus extus, Eccle-

Si am exitialis ille hostis, exploravit, quas in collocata collocandave erat, terras, & infectatus eandem seductionibus atque persecutionibus fuit; quae sua conamina Deo interroganti, seu occasiones, quibus manifesta illa aut reddebantur aut poterant reddi, suppeditanti, opere ipso velut confiteri necessum habuit: cumque aperuisset idem Numen diaboli tum desiderium, deglutiendi persecutionibus, & quam maxime seductionibus ac haeresibus, Ecclesiam, tum metum, ne parati illius casses, eo, quod tanta fidelium integritas, tanta Dei in ferendis Ecclesiæ hallucinationibus *μανερύποια* esset, hypocriticam Christianorum pietatem, qua, Constantini praecipue aevo, ob exteriorem a Gentilium vexatione securitatem, negotiorum omnium in Ecclesia, civitate, familia, successum, Imperatoris Christiani favorem, splendorisque & dignitatis ac divitiarum accretionem, Christo nomen dederint datumque adhuc professi sint, ex veritate quidem, si nonnulla attendas, calumniandi tamen animo accusavit, duriusque examen, tot felicitatum ablatione instituendum, **אָמֵן לֹא עֲלֵךְ פָּנֶיךְ יִבְרָכְךָ** (Wat geld het, so by niet sal offenbaar worden sodanig te sijn, die als een ogendienaar voor i gesichte, uiterlijk, niet in t verborgen, niet in t herte swen name noemt) fusalit.

S. VIII. *Indulxit admirandum viis suis Numen, quam urserat ἐπιχαιρέναντος* iste, in exteriora, ut Ijobi, ita Ecclesiae etiam, bona, liberos, greges, famulos, potestatem; hocque ipso *miseriam*: ea tamen conditione, ut corpori & animae parceretur v. 12. Licebat Satanae, vi præsentis indultus, ex iis, qui vere electi erant, sicut ad internam Ecclesiam vere pertinebant, aliquos vel e medio tollere, vel ad amplexandos in doctrina errores, modo non fundamentales, seducere: licebat externos confessores, quos ad se pertinere judicaverat vera Ecclesia, quamvis ad eam non pertinuerint, e viventium terra extirpare, inductosque ad plenariam apostasiam in aeternam mortem præcipitare: excellentiorem Ecclesiae partem, de qua in securitis, tentare non licet. Libuit, quantum licuit.

S. IX. *Infelixit Satan, quam Deus indulserat, miseriam.* Hanc Ijob expertus est. Egressus enim Dei permissu adversarius, ipso, quo in fratri primogeniti domo epulabatur Ijobaea proles, die, per Sabaeorum Chaldaeorumque incursiones jumentis & armentis, per ignem pecude, per aedium, excitato vento, ruinam ipsiusmet liberis, Ijobum privavit &

tan-

tantum non spoliavit. Proh infelicem! Si Appiae adhabitasses, non procul a Roma, bone Ijob, dixisses querulus: *Nec magis est curvis Ap-  
piatrica rotis, Pectora quam mea sunt serie calcata malorum.* Dicere id quivisset infelix, ut alibi, ita non minus in Romano territorio, Ecclesia. Ab initio statim Romani, dehinc autem, post Constantinum, Goths, Vandali, Hunni, Longobardi, singulari autem sensu Saraceni ac Turcae, ex Arabia oriundi & Babylonis postea in Chaldaea Domini, postremum quoque atroces e Clero Romano tyranni, Sabaei (seu Arabes) & Chaldaei fuerunt, qui Ecclesiae ministros, confessores, aliosve, accedente insuper, qui peste, fame, terræ motu plagisque aliis in terrenos homines exarserat, irae divinae igne, consumserunt. Quid? quod ipsa Ecclesiae domus lapsa repente ruinam cum sonitu traxerit. Non antiqua tantum illa, Judaea scilicet, cum aede sacra, cum urbe, cum Republica tota, immo cum magna Ecclesiae familia, paucis utpote famulis, hominibus ministerio & confessione Ecclesiae inservientibus, qui Pellem se receperant, ab internecione eruptis, concidit: concidit etiam post Constantinum, quorsum magis heic respici vult Antonides, tertii filii seu tertiae (minoris nempe) Periodi Ecclesiae domus, quae Romana est ditio: concidit vi Gothorum aliorumque Barbarorum grassantium: *Venti velut agmine facto, qua data porta, ruunt & terras turbine per-  
flant;* Hocque occasu ex Ecclesiae liberis servisque, ad Bonifacii III. usque aevum, non minor numerus, vel clade, vel haeresi, seu Ariana seu (liceat ἐροματοσιν) Semi-Papaea, periit. Quae Auctoris circa versus, 12. dimidium & 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. integras sententia est. Sic nudus opum Ijob: sic opum nuda Ecclesia.

§. X. Quid utrique in miserrima hac inopia consilii? multum profecto, idque optimum. Bono animo suscepta miseria. Tristis quidem ex ea erat Ijob, sed tristitiae modum statuens, Deum veneratus, semet ipsum solabatur, argumento inde ducto, quod nudus ex utero matris prodierit, nudusque redditurus sit in uterum, quodque dederit demeritque omnia Deus: nec in ullo fati deterioris parte peccabat, Deove, ut mos fert impatientum, (**תְּפִלָּה נָתַן**) stultitiam tribuebat. Animo perquam simili doluit quidem tot suorum vulnera ac funera conspiciens Ecclesia, ast tantum abest, ut dolore absumi se passa sit, ut seipsum potius fusis ad Deum precibus demulcerit, recordata primi, at quam abjecti, quam humilis, nonnisi a piscatoribus, levi hominum genere a-

liisque r̄s n̄c̄s & d̄j̄v̄s arcessendi, ex utero Ecclesiae Judaicae, initiū, & praemeditata futurum sui, si Deo incrementi decrementive Auctori placuerit, exitium, resignataque sua in Voluntatem Statoris voluntate, nec erroris erroncive quidpiam admiserit, nec Deo in *aveḡeuv̄t̄os nejuan* imprudentiam aliquam adscriperit. Evolve hanc in rem meditationes Auctoris nostri ad versum 20. 21. &, qui ultimus c. I. est, 22. Fuitne vero tenax propositi Ijob & Ecclesia? Posterioris miseriae historiam cum Auctore nostro lege, & experieris.

§. XI. Ursit posteriorē hanc eamque internam miseriam itidem *Satanas*. In Ijobi fatis res clara est. Nova illuxerat pro Dei filiis dies: accedebant, ut Patri se sisterent, filii: accessit etiam *Satanas*; unde? quaeſivit ex illo Numen: a circumvagando per terram; ille pro more respondit: audito responso repetiit *āt̄n̄a* suum Deus, obſervaritne cogitatione intenta, immo, viceritne vexationibus obſervantissimum antiquae pietatis Ijobum: cui *Satan*, quod mira haud sit, intacto corpore Ijobo, Ijobi constantia, quodque ipsum Ijobi corpus tanta, quanta liberi, greges, famuli nuper, vehementia a duriori Numinis manu tangendum sit, ut agnosceretur tandem occulta hypocrisia, reposuit. Quae in primordiis instituti inter Deum atque *Satanam* posterioris dialogi reperias c. II. a v. i. ad 5. Et invenias quoque ibidem, si Antonidem sequaris, simile in urgenda Ecclesiae miseria studium. *Orta* fuit, Deo concedente, alia Ecclesiae dies, seu periodus, *Bonifacii aetate*, quae ad *Carolum M. usque*, & *si appendicem subnectas*, ulterius, ultra Reformationis tempora, duravit. Convenerunt hac die, vel persistendo in Christiano nomine, vel noviter eidem se adjungendo, multi: convenerunt, per conversionem suam, Seculo VII. Frisi, Geldrae & Germanorum variae nationes, Seculo VIII. ac IX. ineunte, Saxones, Westphali, Hassi, Bojari, Ungri, præter alios, qui per IX. X. & secuta secula, appendicis loco habenda, Ecclesiae facti sunt propriores. Verum immissuit se & hac die *Satan*. Quid ante hac ab eo tempore, a quo potestatem in Ecclesiae bona acceperat, cogitarit, quid curarit, quid facit, ipse, interrogatus eodem, quo superius, sensu, fatetur, breviter, boni nihil, mali plurimum, ut: Arianæ haereſeos vires, Juliani apostasiam, Barbarorum, in Italiam suppressandæ Ecclesiae ergo incursionses, ad Arianos conversiones, horrendas aliorum Christianorum persecutions, Episcoporum item de summo aliquo capi-

capite murmura, vel hujus illiusve, seu Judaiciseu Gentilis, e putrido quasi sepulcro effossi ritus repurgationem, transformationem, praedicationem, aut novae cujusdam fabulae commentationem, adhaec controversiam de Paschate, haud necessariam, & Novatianorum errorum ac tumultuum flamas, Anti-Christi quoque in thronum evictionem, Mohammedis etiam, ut Ecclesiae pestis fieret, productionem ac promotionem, & id genus plura eaque innumera, arte, Marte, astu, aestu, cogitavit, laboravit, factitavit. Sed manserat, quod, juxta Auctorem, interrogatione sua testatur Deus, quodque inficiari non sustinet adversarius, in patientia, veritate, amore, libertate, per Christi Spiritum procul omni mortali culpa, corpus ac anima i. e. melior & optima pars Ecclesiae; immo, firmior ipsa concussione evaserat, Christi virtute resistens Satanae technis, *Ut dura cautes undique intractabilis resstis undis & lacesenteis aquas longe remittit.* Aliam ergo viam ingressus Satan calumniabatur, ceu pessimus delator, leo ipse, primum quidem, quod Ecclesia ad extremum apostasiae crimen adducta ideo non fuerit, quia liberorum modo cutem vitam, non suam, repararandaque in posterum, & sub ipsa jactura per Ecclesiae ampliationem aliquantum jam reparata bona amiserit: mox vero, quod non propter Christum, vel, quod in faciem tantum, (utramvis emphasis in phrasि "ל פנָר ר"י) Auctor querit ob concessa corpori mystico bona, confessa adhuc Deo fuerit eumque venerata Ecclesia; id, quod apparitum omnino sit, si ad Ecclesiae intimum & validissimum, ipsa ossa atque carnem, sive fortissimos in fide heroas temptationibus penetrare Deus maluerit. Hinc urgentem audiveris Satanam: *ונג עת עצמן וארת בשרו*.

§. XII. *Indulxit & hanc, quam ursit iste, miseriā Deus.* In Iobum, in Ecclesiam indulxit; ita tamen, ut anima et Iobi, quae quid sit, cognitu difficile haud est, tum Ecclesiae, quae optimam, licet minimam, & in his illisve, qui sub obscurioribus ferreisque seculis contramendacia missarunt, consistentem, Ecclesiae partem designat, parcere seductionibus suis Satan teneretur. Quod benignissimum de conservanda Ecclesiae animula decretum, in quantum Satanae revelatum a Deo fuerit, Auctori nostro non adeo liquet; etiamsi tribuatur Deo in hac *מִצְוַת אֱלֹהִים* (in dese persoon-verbeeldinge) mandatum: *אך אֱלֹהִים נֶפֶשׁ שָׁמֹר, edog bewaar sijne siele.* v. 6.

§. XIII.

§. XIII. Dixerat Numen, & statim *inficta* erat Ijobeo & Ecclesiae corpori permissa divinitus *miseria*. Ulcere ardenti a capite ad calcem usque percutiebatur a *Satana* Iobus v. 7. Percussa ab eodem Ecclesia fuit, dum is plenum Papatum, latissimum AntiChristi regnum, cum omnibus, quae huic adhaerent, quaque e semine primum, post etenui surculo in summum adscenderant culmen, primatum, puta, (*opper-bochtigheid*) iconolatriam, de purgatorio, indulgentiis, sacris peregrinationibus, monachorum ordinibus, aliorumque generum meritis nugas, & mille talismodi alia, atque adeo Verbum humanum, ulcerosam docens doctrinam, verbum Scholasticis erroribus rebusque barbaris refertum, cum caede testium de Scriptis V. & N. T. Ecclesiae superinduxit. Quae omnia eo usque processerunt, ut vero Ijobo, in multis fidelium profunda Satanae non agnoscendi, quasi his ipsis fides in Christum constet, horumque observatione mos geratur Christo, persuaderetur: illi autem, qui, ceu duriora Iobi mystici ossa, adprobare *euonymata* illa recusabant, condemnarentur, execrationi tradiderentur, igne, ferro, aliisque instrumentis mortiferis, tollerentur; qualis modi fata Ecclesiam ad Concilium usque Tridentinum & ulterius manferunt. Hacque sub miseria verus Christi coetus, ut Antonides arbitratur, in coetu Waldensium, Pauperum de Lugduno, Hussitarum, Bohemitarum, eorum speciatim, qui Taboritae & Orphani dicti, extitit.

§. XIV. *Quoniam vero animo suscepta est haec miseria?* Iobus profluentem ex ulcere saniem testa, scabens, abstergebat. v. 8. Idem in exulcerato suo statu Ecclesia. Sentiens namque e tumore Papistico, (unde error, unde verbi divini, verae mentis medicinae, amissio, unde execrationum terror & angor,) pruritum, h. e. intolerabile Eloquii divini ejusque veritatis appetitum, integrum cum deesset in Ecclesia Romana Dei verbum, verbi particulis, quales pericopae dominicae, iussu Caroli M. selectae postillisque auctae, quae testis, tumorem AntiChristianum in membris suis, Babelis inquinamento subjectis, aperire, evacuare, & per reformationem puritati ac sanctati pristinae se restituere, adnisa, plena licet tristitia, quam cineres notant, fuit. Bene hadenus Ijob & Ecclesia. Nec male postea.

§. XV. *Calamitas jam recensita sola non erat.* Avertere a Deo mediis sub aerumnis Iobum tentabat, exprobrando, suadendo, uxori, i. e.

i. e. tori socia, liberorum genetrix, marito, inferiori licet conditione, *ovynovavès*, seductaque facilis, ut ad seducendum prompta, mulier. v. 9. Id ipsum cum Ecclesia vera egit istud hominum genus, quod cum illa in plurimis consensit, hocque illove modo ad progenerandam propagandam eam praestitit multum, immo, sustinere quidpiam, quam deferere illam, maluit, communis vero afflictionis taedio tandem captum & muliebri credulitate seductum ad seducendos in apostasiam veros veritatis confessores, virorum instar pro ea stantes, animum adpulit; quale hominum genus & Pauperum Lugdunensium, ac Waldensium, & Fratrum Bohemicorum, & Ecclesiae reformandae reformataeque temporibus, Ecclesia secum habuit. Haec turba periculum, immo vero periculum, fecit, possetne caeteros eo commovere, ut defensae tam acriter, contradictentibus tot tantisque viris Ecclesiisque, integrati renunciarent, ad leges Ecclesiae Romanae, Christum & fidei Christianae capita etiam confitentis, Deo confiterentur, inque fide Romana mortem, quietem, salutem, certo certius, ( fidem interponente ipsa Ecclesia,) expectarent. Ast averti se a Deo neque Ijob, neque Ecclesia patiebatur. Arguebat uxorem, ob datum consilium, stultitiae Ijob, validissima nixus ratione, quod, acceptis a Deo tot bonis, mala suscipere aequum sit: nec labiis suis quidquam in nova miserrimi sui status miseria delinquebat. Ita meliores de Ecclesia, e. g. Taboritae, verbis factisque fortiter, satque feliciter, pro veritate Evangelii, sub Ziska Duce, ut viri, pugnantes leve illud, quod descriptum modo, hominum genus, ex eo, quod iniquissimum sit, ab iis, qui in Evangelii veritatem novique foederis haereditatem restituti sint, mali quidpiam, ut persecutiones &c. detrectari, absurditatis haud minimae reum fecerunt: nec, quamvis Rockisani astutia, ut controversias a sententia Statuum, idque cum omnis adpellationis renunciatione, suspenderent, commoti, &c. in Romanorum ritus ut consentirent, utque sub illorum externa communione delitescerent, coacti fuerint, vel corde, vel ore, ac opere, si in primis labia, seu, Doctores quosdam attenderis, delictum atrocis participes se reddiderunt. Quae Ecclesiae constantia in ultima quoque temptationis parte, post Reformationem perferenda, Auctore nostro interprete, resplenduit.

§. XVI. Resplenduit *constantia*, obloquentibus etiam *Antagonistis*. Venit ad Ijobum, unanimi consilio, ut collugeret atque erigeret, nobilis

bilis amicorum triga, Eliphaz Themanites, Bildad Schuchites, Tzophar Naamathites. v. ii. Cum venit, Ijobum, a se vix agnatum, testata variis indiciis luctum v. 12. 13. variis, sed paradoxis, argumentis solari instituit c. III. seqq. usque dum novus orator, Elihu Buzita, facto antecessorum silentio, fari c. XXXII. inciperet. In ipsa hac *inimicorum amicorum*, *triga primum*, post *quadriga*, tanquam in emblemate videt Antonides diversorum, trium vero & quatuor praecipue, *Ordinum Papaeos*, Sacerdotes, Doctores, immo exortos, praesertim a reformationis tempore, in Protestantium Ecclesia *intempestivos Pacificos*, qui omnes, amicos mentiti, veros confessores convenerint; ea mente, ut rationibus documentisque certis, quantum doleant miseram eorum sortem, quantumve horrendas vexationes abominarentur, demonstrarent, utque commonstrando miseriae causam, secessionem a Romana Ecclesia, ejusque remedium, recessum ad eandem, commendata sic, (quam connotet vox ~~██████~~,) poenitentia, tranquillarent: quique in verae Ecclesiae coetu, quem, splendore quippe destitutum, primo intuitu pro nulla Ecclesia, altero vix pro primitivae Ecclesiae reliquiis, in quibus aliquid adhuc Christianae fidei, multum quoque externae pietatis residat, agnoverint, lugendo & consolando omne id, cuius gratia conventum, expediverint. Amplissimus heic dicendorum campus emetendus foret, si, quicquid c. IV. V. XV. & XXII. Eliphaz, c. VIII. XVIII. & XXV. Bildad, c. XI. & XX. Tzophar, & Elihu tandem a. c. XXXII. ad XXXVII. protulit, una cum iis, quae, in mystico sensu, Papaei, & antiquiorum ordinum, ut S. Dominici, S. Francisci aliasque Sancti, (cujus nomen Auctor nondum adscripsit,) & recentioris, Societatis Jesu, ordinis Doctores, sermocinante Antonide, differuerunt, enarrare velimus. Sufficiat in longos Adversariorum mysticorum sermones brevem introductionem ex ipsis met Antonidis in totam Historiam Introductionem, ejusque P. VI. §. 8. cum Lectore communicare.

§. XVII. *Papaeorum nempe Doctorum*, quam, modo objicendo, modo excipiendo, verae Ecclesiae testati sunt, sententia fuit olim, juxta Antonidem, hodieque est: quod Ecclesia N. T. a Judaicis quidem liberata, adhuc tamen Christianorum hominum auctoritati, doctrinae, ortisque hinc ritibus subjecta sit (A): dein, quod pugnandum quidem Ecclesiae, inter Judaeos ac Gentiles, sub initio fuerit, postea vero mera felicitas & excellentia genuina veritatis ejus nota facta (B): quodque hoc pa-

pacto, Romana, quae verum istud κεντησον in sinu suo foveat, pro vera & genuina Ecclesia habenda, eique adhaerendum sit (C): &, hoc qui recusaret, impietatis atque haereseos reus fiat (D), iramque Dei cum maximis quibusque plagis promereatur (E): quodque, e consequenti, impia & haeretica sit dissidens a se communio (F), atque ob ipsum hoc adeo immisericorditer puniatur, magisque in posterum punienda sit (G): quod hujus denique conversio a se, ceu amicis, exhortationibus ac solatiis quaeratur (H); quam perversam conversionem ut eo facilius obtinerent, Ecclesiam ingentibus promissis irritamentisque indesinenter extimularunt (I), cultus zeliique divini opus existimantes, si, quando obedientiam denegaret, durissime illam perstringerent, dirissimisque execrationibus onerarent (K), hancque servantes methodum, ut, quae verae Ecclesiae propria sunt, suae, quae suae, illi tribuant (L).

S. XVIII. His autem summa cum laude Ecclesia vel proposuit, vel regessit, se in statu e satisfactione Christi derivando, ceu N. T. Ecclesiam, existere (A), inque hoc statu spiritualis libertatis factam participantem a rituum jugo hominumque in rebus spiritualibus Dominio liberam esse (B), atque ad profitendum hanc libertatem tuendumve donata privilegia teneri (C): simul vero, a primis suis initii & postea, multas perpeti se debuisse adversitates (D): has tamen Ecclesiae verae dignitatem sibi neutiquam adimere (E), cum, sustinere ob veritatis confessionem persecutiones, &c, veram esse Ecclesiam, bene inter se consistant (F), immo verae Ecclesiae indicium persecutiones praebent (G): seque adeo non ob haereseos, seu, inobedientiae erga Romanam Ecclesiam, crimen, quae non crimen, sed digna statu N. T. virtus erat (H), sed ob alias rationes, quas inter admissa ex inquinamentis Romanis, pollutio, vexationibus subjacere; quibus tamen, cum diutius aliquantum durarent, atrociusque irruerent mala, quam putasset (I), oriunda e passionum gravitate incogitantiae specimina, ut sunt: opinio, quasi inflicti dolores coelestem haereditatem superent, (quae causa execrandi diem,) & partis ac datis a Christo juribus, cum injuria sua Deique injustitia, adversentur: murmur item, qua ex causa modis adeo duris cum Ecclesia sua agere Deus decreverit, parvus etiam animus, & spei de futura liberatione abjectio, hincque pro ultima sui pernicie & e terra extirpatione votum, atque id genus alia, in disputatio-

tationis fervore, animadvertente Nostro, admiscuit (L). Singula haec e cap. III. VI. VII. IX. X. XII. XIII. XIV. XVI. XVII. XIX. XXI. XXIII. XXIV. XXVI-XXXI. contrafacta Clarissimus Auctor in compendio exhibet, l.c. S. 7. Brevissimis: *num libera, an serva, num felix, an infelix esse debeat N. T. Ecclesia, disceptatum in Ijobi, ejusque Amicorum dialogis, ex Antonidis interpretatione, fuit.* Jucundissima recitatu foret, quam tradidit ille, in utraslibet sententias, uberior explicatio, cum longe plurima, etiam singularissima, quae in Judaeorum, Gentilium, Mohammedanorum, Christianorum, verorum, falsorum, antiqua & recentiori historia occurrunt, ad illustrandas quasvis dialogorum particulas, congeserit. Ast vero brevitatis studium monet, ut lectorem faventem ad Auctoris nostri commentarium remittamus, & quae ad complendam ejus de posteriori Ecclesiae miseria sententiam restant, adjiciamus.

S. XIX. *Agitatas adhuc, inter Ijobum & Ijobeos, lites diremtrum, binis vicibus, potentiae, sapientiae ac providentiae monumenta adduxit, c. XXXVIII. XXXIX. XL. t.2.6. ad fin. & XL. Ijobum ad confitendum ignorantiam, agendum resipiscientiam, dandumque sibi gloriam, c. XL. 3-5. & XLII. 1-6. adegit, amicos itidem, tres priores, ut perverse locutos, reprehendit, iisque reconciliationis media, ipsorum, in Ijobi societate, sacrificium, & Ijobi intercessionem, imperavit, c. XLII. 7-9. loquens e duplo turbine Numen.* Simile quid, si Antonidem audias, posteriori N. T. tempore, praestitit, & praefabuit, ex parte, idem Deus. Demonstravit Ecclesiae, inque memoriam & animum revocavit, tum per scripturam, tum per facta sua, & bis quidem, ante & post reformationem, quod liberam ipse habuerit potestatem, Ecclesiam N. T. ita instituendi, ut passionum Christi ὑστερήματα, praeterea que res taediosas, oppressiones nempe, ac stupenda opera, Anti-Christum praecipue, ferre debeat; conquerendi de tali ordine, aliterque volendi jure denegato: quemadmodum libera potestate orbem universum & res naturales, inque his magna aliqua, ipsisque hominibus taediosa & horrenda monstra, ceu typos, in quibus repraesententur Ecclesiae status, facta, fata, omniumque ejus adversariorum, & ipsius Anti-Christi, indoles, considerit. Quam sermonum DEI ad Ecclesiam summam Auctor in Commentario ad c. XXXVIII v. 1. & XL. v. 1. (H. 6.) tradit. Effecit etiam DEUS, ut, qua bis, ( אַתָּה וְשִׁתֵּה cap. XL. v. 3. H.) semel ante reformationem, iterum post eam, peccaverat, praecipitan-  
tiam

tiam fateretur, mentemque meliorem, & Majestatis divinae veneracionem polliceretur, exequeretur convicta DEI alloquii Ecclesia. Vide Auctorem in c. XXXIX. v. 36-38. (H. XL. 3-5.) & cum primis in c. XLII. 1-6. Romanos item Doctores per verbum suum veritatisque vim, summi, de operibus suis Ecclesiaeque conditione, erroris convictis jam, & ultimis praeципue temporibus convincet: ac tandem aliquando, mediantibus Ecclesiae doctrina, institutione, intercessione, aliisque pietatis exercitiis, proprius ad sacrificii Christi ejusque verae justitiae, & fundatae in Scriptura doctrinae veritatisque communionem ducet, perducet; ni fortasse quarti ordinis Doctores, Jesuitae, acerrimi Ecclesiae verae antagonistae, eo, quod non quarti, sed trium tantum amicorum reconciliatio describatur, ad exemplum Pharisaeorum, vel ab omni, vel a maturiori cum DEO reconciliatione fuerint excludendi. Confer Auctorem in c. XLII. v. 7-9. Sic compositae sunt, & adhuc componentur, ortae in altera Ijobi & Ecclesiae miseria lites. *Hic miseriuarum finis*, haec exodus, docente Antonide, fuit.

§. XX. Reliquum nunc est, ut postremam Ijobae historiae Periodum dispiciamus. *Restitutionem* ea complectitur. Spectat huc libri Ijobei clausula, e cap. XLII. v. 10-fin. Vertit misericors Numen Ijobi captivitatem, cum pro amicis ille intercederet, duplumque aut tantum ejus, quod amiserat, reddidit v. 10. convenientibus simul, & commissantibus, atque consolantibus, ac dona largientibus fratribus sororibusque v. 11. speciatim vero pecudis pecorisque duplo v. 12. & tot, quot habuerat olim, liberis, septem filiis, & tribus filiabus v. 13. Jemimah, Ketzignah, & Keren-Happuch nominatis v. 14. pulcerrimisque & opima haereditate ditatis v. 15. feliciorem fecit, donec tandem, centum quadraginta annos in nova hac prosperitate emensus, visis, in quarta generatione, seris nepotibus v. 16. senex annorumque satur, moreretur v. 17. En figuram expectandae, si Antonidi habeas fidem, felicioris Ecclesiae status. Babelica, sub Anti-Christo, captivitas, in mediis Ecclesiae pro Papaeorum conversione precibus, vertetur. Ii, qui in aliquibus Orbis Provinciis, doctrina & cultu, veritatis confessoribus proxime accesserunt, (*digte by gekommen*) quales multi in Oriente Christiani, confessionis, fidei affectusque unione Ecclesiam convenient: participando de animae alimento, Christo ejusque bonis, cum ea comedebantur: praeteritorum laborum, quorum suavis memoria, admonendo,

praesentesque & futuras, majores maioresve, felicitates ob oculos ponendo, plenam de veteri immundicie pœnitentiam (vi vocis **רָחַם**) simul exacturi, eam consolabuntur : &, communicando cum Ecclesia, unionis virtute, fidem atque confessionem suam, vel ipsammet quoque Ecclesiam, ut in fide ditior, in confessione ornati fieret, juvando, **רְמִים**, (een stuk gelds,) & **רְאֵת**, (een voor-boofd-siersel,) divitiasque adeo & ornamenta eidem largientur. Ministris atque confessoribus, pluribus, quam fuit olim, felix, immo felicior illa reddetur. Felix etiam & felicior erit, ut septem, qui ad septem Ecclesiae Universae periodorum mysticos filios pertinebunt, mysticis, eodem, quo superius §. 4. sensu, filiis, ita praecipue tribus, quae Ecclesiae in gloria constitutae aut partes gradusve, aut sedes tres designant, filiabus; existet quippe, si partes vel gradus velis, *Ecclesia gloria*, (de verheerlyke Kerk,) quae splendentem auroram vivendo attinget, atque sub ortu radiantis dici, ceu vera **רְמִים** h. e. diescens, (de opdagende, Daagse, Helder-dagse) se ostendet: existet glorioſor, quae altiorem adepta gloriae gradum (*nu en trap verder in heerlijkheid gesteigert*) aromaticum dilectionis sanctitatisque odorem, casiae, **קְשִׁיעָה** instar, spirabit: existet tandem glorioſissima Ecclesia, quae in altissimum gloriae gradum evecta (*tot de allerhoogste trap van heerlijkheid gevordert*) cornu quasi aut vas, splendoris ornatusque & gemmarum, i. e. gratiae donorum ac benedictionum, plenisimum, **כְּפֹרֶת**, futura dicitur: vel si malis Ecclesiae hujus **כְּדֹבֶר** sedes, in Europa, Africa, Asia ejusque contermina America, illa, spirituali pulcritudine & haereditate undique conspicua, existet. Durabit haec gloria, usque dum, exacto diutiori temporis spatio, quod determinare Antonides non audet, Ecclesia, statum mutatura, e terra in tertium coelum, ut DEO Patri subjiciatur & ab eo perfecte adimpleatur, suscipienda ac transferenda, sicque, post exantlatos in hac vita labores receptosque honores, aeternum saturanda a DEO fuerit. Diceret fere aliquis de ultima hac aurea aetate, quod de prima olim: *Aurea securi quis nescit secula Regis?* Et haec sunt posteriora illa momenta, quibus explicatur Clarissimi Antonidis sententia.

§. XXI. Jam ad momenta, quibus firmatur eadem, transeamus. Extant illa junctim in Introductionis Parte V. a §. 4. ad 6. & in Praefatione, col. 5. & 6. Priori quidem loco totius Historiae, posteriori vero dialogorum speciatim sensum mysticum probare Auctor admittitur. Primum pro

pro totius historiae sensu mystico argumentum, Introd. l. c. §. 4. est, quod, si Ijobum cum Historia sua libroque vel aliquali tantum cordis veneratione (aandagt) contempleremur, ii statim radii oculis nostris injiciantur, e quibus non possimus non videre similitudinem cum Ecclesia N. T. non simplicem modo, sed typico-antitypicam, similitudinem, qua propter hoc illud, illudque propter hoc sit, similitudinem, quae non nisi ab Auctore, Spiritu S. ejusque divina sapientia & praescientia tam elegans tamque perfecta esse potuerit. Radios decem enumerat Auctor: quos recensere ad illius mentem placet. Radiat (A) ex Ijobi nomine, sede, integritate ac perfectione, ut praetereundo ille narrat, Ecclesiae, in mystico sensu, cognomen, sedes, &c, quae sola vera ac consummata, integritas ac perfectio: radiant (B) ex Ijobi augmentis Ecclesiae, post Constantimum usque, augmentaz: radiat (C) e Satanae invidia & per terram obambulatione par ejus contra Ecclesiam cura: radiat (D) ex Ijobi paupertate, & (E) corporis plaga inficta Ecclesiae, per Anti-Christum, mystica paupertas, maxime a Bonifacii III. aeo, &, corporis plaga, a Caroli M. temporibus, post in obscuris seculis; (periodorum appendices, de quibus supra §. 6. II. Auctor respicit:) radiant (F) ex amicorum Ijobi sedibus, Edom & Arabia, originibus, ex Abrahamo, Isaco & Jacobo deducendis, Jischmaeliticis & Esaviticis in verum DEI populum odiis, adversariorum Papacorum mysticae sedes, Anti-Christianæ Edomæa & Arabia, primæ, e vera Ecclesia, origines, acerba in eam, sub blanditiis, odia: radiant (G) ex eorundem cum Ijobo controversiis, per mysticum sensum, agitatae Papacorum cum vera Ecclesia controversiae: radiant (H) in mutuorum dialogorum rebus & phrasibus res phrases ve, quae non nisi in typo Ijobum penes & Ijobi amicos, in pleno autem complemento nuspian, nisi in vera, Christi, ac falsa, Anti-Christi, Ecclesia, sub N. T. aetate, invenire liceat; qualia sunt dicta Eliphazi, de tanto ac tam famoso Spiritu seu spectro, c. IV, 13. seqq. & Ijobi, de caliginosa illa terra mortisque umbra, c. X, 21. 22. ut & de hominibus in arida, tenebricosa, vastaque loca aufugientibus, herbasque salsuginosas ibidem evellentibus, radicibusve juniperorum vescentibus c. XXX, 3-4: radiat (I) e descriptis c. XL. XLI. Livjathane & Behemoth status Anti-Christianæ mystica, & satis aperta, descriptio: radiant denique (K) ex Ijobi, e passionibus & ignominiis, liberatione, inque divitias, sed longe abundantiores, reductione Ecclesiae in majores divitias suas gloriamque, ultimis N. T. temporibus speranda reductio. Radiant haec: Auctor dicit.

§. XXII.

§. XXII. Alterum mystici totius Historiae Ijobae sensus *robur* est, quod Ijob cum historia sua sacro insertus sit Codici, qui, etiam si e multis constet Scriptoribus, unicum tantū constitutat Volumen, Dei de Redemtione, Redemptore, hujusque oeconomiis, viis atque bonis consilium tractans, vi adserit Messiani: Ps. XL. v. 8. In Volumine, h.e. (ut interpretatur Nostrer,) in toto Volumine libri scriptum de me est: e quo consequatur, Ijobo, historiae ejus atque libro idem, quod toti Volumini, agendum esse, ni impune hic, ceu non divinus, e sacro librorum Canonicorum catalogo ejiciendus sit: nec putandum, satis fieri postulato, si hic, illic aliqua Christi, ut Goelis c. XIX. aut Angelorum interpretis c. XXXIII. (v. 23.) mentio fiat, quin integer potius liber, quantus, quantus est, ab initio ad finem usque, DEI consilia viasque in Christo pro scopo habere debeat, id quod fieri nequeat, nisi Ijob ejusque historia typum gerat, & typice explicetur. Vid. l. c. §. 5.

§. XXIII. Tertium pro totius Historiae mystico sensu *fundamentum* l. c. §. 6. ex eo deponit Auctor, quod Jacobus c. V. Epistolae suae, v. II. Ijobum, Ijobique historiam ad Ecclesiam N. T. applicet: quae applicatio exilis admodum & jejuna videatur, si a divino hoc Scriptore per aliquam tantum accommodationem, ad monstrandum nudam, quae ex accidenti adsit, convenientiam, non propriam DEI intentionem, facta fuerit, cum DEI sapientia divinique Spiritus profunditas altiora sonet, quam hominum ingenium, cui mos, simile quodlibet cum quolibet simili, neutrum licet signo signatove, vel typo aut antitypo aptum sit, conferendi, & praeterea negari non possit, quod Apostolus Ijobum non minus, ac caeteros Prophetas, sub nomine *Ιωάννης*, i.e. præfigurantis, gerentisque adeo typum, cuius vero, nisi Ecclesiae N. T. exempli, complectatur, quodque eundem cum patientia sua &c. efficacius longe, supposito typo, ad obtainendum finem, ut fideles scilicet longanimentem edoceret patientiam, adhibere valuerit, quam si communis instar & mere similis exempli, Ethicorum more, ipsum proposuisset.

§. XXIV. *Mysticum Dialogorum sensum* evincere studet Auctor tribus iterum argumentis, quorum prius est, quod, si primum atque ultimum Iobi, ut typus, ad Ecclesiam adludat, medium quoque tendere eodem putandum sit; ut murus, basin inter & culmen interjacens, ad idem pertinere aedificium censeri debeat: alterum, quod poetice propositi sint dialogi, indicentque hoc ipso, prout verae poësos natura fera, *Ιωάννης*

rat, se alia quaepiam sub velamine suo testa fovere, ea nimurum, quae ad Ecclesiam N. T. resque eo se referentes adludant; pari cum poesi Hymnorum Mosis, Debora, Hannae, Psalmorum Davidis, & Cantici Solomonis conditione: atque *ultimum*, quod Ijobi & amicorum sermonibus varii insint loquendi modi, qui olim etiam in Prophetiis Psalmisque inveniundi de Novi Foederis Statu explicitur; in quo urgendo Auctor, harmoniam Scripturarum ex utilissimis & fundatissimis aliquam Verbi Divini partem interpretandi regulis esse, supponit. Vide tria haec in Praef. l. c. n. 1. 2. 3.

S. XXV. Omnia vero, quae enarravimus, confirmationis *momenta apodictica bincque sufficiencia* Antonidi sunt. Sane, quod ad priora tria attinet, ea tanti ponderis esse, ut cuiusvis Christiani mens in iis adquiescere possit, Introd. l. c. §. 3. & ex iisdem clarissime eluescere mysticum totius historiae sensum l. c. §. 7. putat, usurus tandem *Διοδη-Ζεως* formula: quod erat demonstrandum (*t' welk my te bewijzen hadde*:) quantum ad tria posteriora, itidem ex his eluescere dialogorum sensum mysticum Præf. l. c. col. 5. arbitratur; ut taceant, argumenta singula ita ab eo urgeri, ac si necessario probare debeant. *Alia ipsi de explicationibus suis, in dialogos speciatim, mens est.* Has enim, non obstante, quod interdum brevitatis studio, in Explicatione, & in Introduktione, ubi proponendae erant explicationis hypotheses, sc. P. VI. ad conciliandam iis vim & probabilitatem tantam, quanta poterat, ut plurimum positivum loquendi genus adhibuerit, pro considerationibus tantum & meditationibus (*Considerationen en Bedenkingen*) neutiquam pro adsertis *docto* *Palæas* ac certo veris (voor onfeilbare en sekere waarkeden) venditat, Præf. col. 6. immo fatetur ibidem lubens, posse, si dies & experientia aperiant, quod basis, summa (*de grondslag, ommeslag*) & præcipuae circumstantiae non solum verosimiles valde, sed certae etiam sint, mendas & aberrationes (*mislagen*) in applicationibus, utpote arctius modo, modo laxius, modo per transversum (*everegts*) adductis retegi: ipsarumque harum veniam sibi expetit a favore Ecclesiae suae Belgicae, quippe quae probe norit, errare humanum esse, primaque inventa omnia ruditate ac debilitate maxima laborare, & nonnisi cum die, juvantibusque multis, ad politissimam suam elegantiam evehi posse: utque ab Excellentibus Viris, quos ad perficiendum mancum suum opus excitaret forte DEUS, pro eo, quod *édujov* minimum egerit, grates

D

sibi

sibi pollicetur, ita meliora istorum *μελετήματα*, relictis suis, primos inter, ambobus brachiis amplexari vult, in re quippe nulla, nisi in promovenda veritate ac pietate, commodum (*interest*) sectaturus col. 7. Quae ingenua Auctoris de explicationibus suis confessio aliquid etiam continere videtur commendationis; de qua in ultima paragraphorum hujus Sectionis biga pluribus.

S. XXVI. *Momenta, quibus Antonidis sententia commendatur, enarranda nobis partim e Praefatione, partim ex Introductione sunt.* Quatuor momenta in Praefatione col. 7. 8. adfert Auctor, suas, in primis de dialogorum sensu, meditationes Reformatae, quae in Belgio floret, Ecclesiae commendaturus. Primum est, quod in meditationibus suis analogiam fidei retinuerit firmissime, nec in ullo formulis Unionis (seu Symbolicis) contra venerit: *alterum*, quod non novae aliquae, nunquam aut raro in Ecclesia auditae, res in iis obveniant, sed res a multis Theologorum intrepide jam, aliis super Scripturae locis, propositae, res, e. g. quae de diversis temporum divisionibus & oeconomiis, de viis Dei in Ecclesia N. T. & septem periodis, de Anti-Christo, ejusque regno, doctrina, technis, conatibus, agant: resque adeo, quibus adsvetae sint Ecclesiae & aures & mentes, quasque, ut contemplarentur DEI sapientiam, bonitatem, justitiam, gloriam &c. quaerant & venentur ex ea multi; quam ipsam ob causam nec insit meditationibus suis, nec consequi ex iis possit majus malum, praeter id, quod res verae loco minus congruo, erronea applicatione, dictae fuerint: *tertium*, quod plurimum quoque piorum ac doctorum virorum libri, ut explicationes in tot Parabolis, Psalmos, Proph*etias, ἀπολεσέως*, quam suae meditationes, certitudinis fundamento, non innixi, nec ad convincendam mentem, si applicationem respicias, satis validi in Ecclesiae istius gremio foveantur, idque merito, cum tali labore vivus maneat in ea Dei sermo, & multorum conjecturis, immo & falsis sensibus, ad propiorem inquisitionem & probationem occasio paretur, ut tandem per easdem has vias, cum DEO & die, ad certitudinem veram perveniat: *quartum*, quod Viri egregie docti, cum quibus conferre sermones datum fuerit, contestati sint desiderium, ut meditationes hae suae in Ecclesia legerentur. Quibus omnibus subjicit Auctor col. 8. ut putamus, commendationis ergo, quod illi etiam, qui typicis explicationibus non delectentur, accepti quidpiam, verborum scilicet interpretationem, vel explicitè additam, vel e mystico erudiantur, invenire in iis queant.

S. XXVII.

§. XXVII. *Ex Introductione duo feligimus. Unum est, quod Libri Ijobei divinitas e mystico sensu quam maxime eluceat, cum is, admisso hoc, Dei de Ecclesia N.T. consilium viasque inde oriundas revelet, & Ecclesiae hujus typum ob oculos ponat; quae praestare nullius hominum scripturae sit: habeatque prophetiae characterem, res propoenens, quae non nisi post decursum multorum seculorum, atque intervenientibus infinitis & improvisis vicissitudinibus, evenire, ut evenerunt adhuc, potuerint.* Vid. Introd. P. II. sign. I. K. *Alterum est, quod, per mysticam explicationem, res non conspectas antea, minimum non detectas aliquique conspicendum datas, resque primo conspectu non novas modo, sed experto Christiano sublimes quoque & mirabiles conspicere inibi liceat,* Intr. P. VII. §. 4. *Unde Lectorem suum rogat I. c. Auctor, velit se, in Libri Ijobei sanctuarium, res istas novas, sublimes mirabilesque, conspicendi causa, penetraturum, legendo, cum omni animi lenitate & discendi cupiditate, insequi, inque propriam sui in eo verbo, quod sapientia modis omnibus splendeat, Deique molam & sapientiae radios undiquaque emittat, exercitationem, ac Jehovae, in Christo DEI nostri, celebrationem comitari, suisque, in conatu tam difficili, lapsibus benebole ignoscere: velit etiam, si magis exercitatus sit, emendare mendas suas, eoque adniti, ut Ecclesiae Christianae, quantum fieri possit, majoris hujus verbi divini partis, quae in obscuro tamdiu delituerit, verus sensus procuretur.* Agedum, Clarissime Antonides, Te infecutus adhuc, te comitatus sum: meo aperui Lectori, quod tu Tuo aperuisti: permitte nunc, ut a me, licet minus exercitato, oblata legendo dubia, vel certa etiam, proferantur. Sic *Percipe porro,*

*Quid dubitem, & quae nunc animo sententia surgat.*

## SECTIO POSTERIOR,

### Quae est CRITICA.

#### §. I.

F Erendum ergo in Posteriori hac Dissertationis Sectione de iis, quae in priori enarravimus, judicium. Priorem servabimus ordinem. Exponemus primo loco mentem nostram de momentis, quibus explicatur Antonidis, de mystico Historiae Ijobae sensu, sententia, seu, si mavis, ipse

D 2

scm-

*sensus mysticus.* Et heic quidem, sine fuco, fatemur, singularem tum eruditionem, tum ingenii vim e toto Explicationis stamine resplendescere. Certe eruditionis est, e difficilimo Ijobi libro, Ijobeam, eque tot Historicorum libris, Ecclesiae N. T. historiam, in minutioribus etiam particulis cognitam & perspectam habere: ingenii vero, historiam utramque eleganter adeo in partibus quamplurimis combinare. Non diffitemur tamen, obvenisse nobis ex erudita hac & sat ingeniosa commentatione varia, quae vel philologicas difficultates vel accommodaciones minus congruas prae se ferre videntur. Hujusmodi sunt, si vel in foliis, quas enarravimus supra, momentis subsistere velimus: quod nomen יְהוָה Ijobi atque Ecclesiae multiplicem statum exhibeat vi quadruplicis radicis; utut harum, (dixerim pene, talium,) originum nulla vel in Historia, vel in Philologia sacra dentur vestigia: quod שָׁם, non אֶרֶם adpelletur Ijob, ad removendum ab Ijobo & Ecclesia imbecillitatem, in opiam ac impotentiam, seu infelicitatem, adferendumque iis robur, divitias ac potentiam, seu felicitatem; cum tamen nomine שָׁמָן, (quod sexus magis, quam conditionis est,) ex infelicissimis aliquis, &c, e contrario, nomine מִתְּאַמֵּן, (quod ortum intimat,) felicissimus Adam cum Eva felicissima insigniatur: quod in septem Ijobi filiis Ecclesiae N. T. septem, i.e. omnium a primo N. T. initio ad finem usque, periodorum filii enumerauntur; licet omnes, quotquot ante inflictam miseriam Ijobo fuerunt, filii statim in priori aliqua periodo convenisse una, & una comedisse, una peccare potuisse, immo una, subrata domo, interiisse dicantur, quae singula de omnibus septem periodis adserere, conforme adeo haud esset: quod porro in subrata illa domo effigies subratae tertii Ecclesiae filii domus, & hujus quidem praecipue, lateat, quamvis in textu solius primogeniti domus concidisse feratur; quae applicatio neque per Ecclesiarum communionem, qua in ultima prima, prima in ultima, diversis respectibus, similium fatorum maxime, esse statuitur, neque per parabolae indolem, qua, quod unius est, dare alteri, ut sermo obscurus sensusque rectus retineretur, conveniat, defendi ab Auctore satis poterit, (uti conatur in Comm. ad C. I. v. 19:) siquidem, ut supposita parabolae indoles nondum probata est, ita mystica illa communio, quam alias non negamus, vix concedet, ut in recensendis hujus illiusve periodi Ecclesiae fatis receptus semel numerandi ordo deseratur, primaque nominetur periodus, ubi tertia nominanda erat, quod ipsum, ex parte, ad illas etiam

etiam, quas majoribus periodis adnexit, appendices, defensas in Comm. ad C. I. v. 6. adnotare integrum esto: adhaec, quod amicis Ijobeis ipsius que Ijobo sermones adscribantur, qui in mentes nunquam, nec in orationes venerint, qui a Spiritu S. potius poetica arte ordinati, diducti, completi ornatique ita sint, ut ea cuivis tribuerentur, quae dicere congrueret, quaeque, si tempore a Spiritu S. intento vixisset, dicturus fuisset, (Introd. P. IV. §. II.) qualismodi sermocinatio, praeterquam, quod firma ratione firmata a nemine adhuc sit, loco amicorum & Iobi, in iis, quae nec locuti, nec meditati sunt, alium Oratorem typicum, Spiritum S. sine exemplo, uti opinamur, substituat: ut alia hujus generis plura, quae hinc inde in dialogis & alibi deprehendimus, quaeve, ut & caetera, alii occasione malum reservata, praeteremamus. Quidni vero haec omnia praeteremamus, cum, detegi posse in Explicatione sua aberrationes, ipsem Auctor, superius P. I. §. 25. fassus fuerit?

§. II. Sed gravior de momentis, quibus firmatur Ejus de sensu mystico sententia, vel ipse sensus mysticus, controversia est: haec enim si solida sint, immutare, quae minus adposita in explicatione videbuntur, tum aliorum, tum praecipue ipsius Antonidis ingenio per quam facile erit. Videamus igitur, quid valoris insit propositis jam Sect. I. §. 21. ad 24. argumentis. Primum pro totius Historiae mystico sensu robur suppeditabant mystici ipsius Historiae radii. Vid. §. 21. Multum ponderis primo intuitu huic inesse argumento videtur, ex eo, quod de libri alicuius, divini praesertim, sensu, optime ex ipsomet libro judicari queat. Ast sunt tamen, quae in eo, pace Theodori nostri, desideramus. Primo enim dubii sumus, an, si aliquali tantum cordis veneratione (*slegts met eenige andacht*) historiam Ijobeam contempleremur, ii oculis nostris injiciantur radii, e quibus non possimus non videre (*dat wy niet kunnen niet zien*) Historiae Ijobae cum Ecclesia N. T. similitudinem. Profecto, contemplati hoc Historiae Ijobae jubar a prima fere Ecclesiae N. T. aetate ad nostrum hoc seculum, immo, dicam infra, ad hunc usque diem, satis multis sunt. Viderunt prosperitatem, miseriam, restitutionem Iobi omnes: ejus cum N. T. Ecclesia, in paribus fatis similitudinem, praeter Antonidem & Petrum van Hoecke, nemo, fatente ipso Auctore, vidit, minimum, vidisse se testatus est. Id, quod jure mirari quis posset: mirari, non dicam in Judaeis, qui lucei & coeci in his mysteriis sunt, sed in Christianis Doctoribus, nec tam in Patribus sive Antiquioribus,

quos latuerunt utique haec atque illa Ecclesiae, quae respicit typus, fata, quam in Filiis seu Recentioribus, neque in Pontificiis adeo, his quippe Antonidis sensus mysticus non radius, sed fudes in oculis fuisset, verum in Protestantibus cum Reformatis tum Lutheranis, quorum Ecclesiam in Ijobo repraesentari autumat Auctor: mirari in iis potissimum Belgis, Viris doctissimis, qui per elapsi seculi dimidium mysticos Scripturae V. T. sensus incredibili studio scrutati sunt. Aut, defuit fortasse omnibus hisce Interpretibus aliqualis in contemplanda, immo in perscrutanda historia veneratio? vix putaremus: non radialis tanta, quanta Auctor putat, luce & efficacia similitudinis radios, diceremus libentius. Sed esto, injici oculis, si modo attenderint, radios, e quibus Ijobi cum Ecclesia, vel aliqualem vel adaequatam, similitudinem non videre, non possimus, eritne illa typica statim & antitypica (*als die des voorbeelds met het tegenbeeld?*) eritne similitudo, qua propter hoc illud est (*waar door dat om dit is?*) eritne similitudo, quae non nisi juxta Auctoris, Spiritus S. ejusque divinae sapientiae ac providentiae scopum (*niet anders, als volgens 't ooggmerk van de Ingever, de H. Geest en sijne goddelijke wijsheid en voor-kunde*) tam elegans tamque perfecta (*soo net en soo volmaakt*) esse potuerit? Nondum videmus. Quid, si a mera attentioris mentis circa Historiam nostram meditatione illa, si quae datur, similitudo elegantiam suam atque perfectionem, juvante ingenio, accipere potuisse dicatur? sane meditabundarum animarum opus hoc esse saepius, ipse Auctor, spero, fatebitur.

S. III. At sunt, inquiet, in radiis istis aliqua, quae mysticum sensum plane urgent. Dantur in Historia Ijobea res & phrases non nisi typicum admittentes significatum. Describitur Ijob ab ea integritate & perfectione, quae soli Ecclesiae N. T. καὶ ἔξοχη propria est (*die de Kerke des N. T. by uitneemtheid alleen eigen is,*) cuiusque umbram modo aut initium (*maar en schaduw, of beginsel*) gerere potis ille fuit.: extant in dialogis res phrasesve, quas non nisi in typo Ijobum penes & amicos (*niet als voorbeeldig by Job en de Vrienden,*) in pleno autem complemento (*in volle vervulling*) nuspiam, nisi in vera Ecclesia & statu Anti-Christi sub N. T. (*niet en nergens als in de waare Kerke en t' Antichristendom onder t' N. T.*) invenire liceat. Penetrabunt radii, fateor, si adsint talia. Sed veremur, ne & res & phrases omnes in sola Ijobi, haud in subsidium vocata Ecclesias Historia, sub plenissimo sensu, aut, si cum

si cum Auctore loqui debeamus, in pleno complemento, inveniamus. Praeterimus, quam Auctor praetereundo ursit, integritatem & perfectionem; adnotantes tamen, *אָשֶׁר מִצְמָדָה*, eodem plane, si justificationem & renovationem spectes, modo, quo Ecclesia N. T. Ijobum, Ecclesiae V.T. filium, **וַיְהִי** perfectum, **וַיְשַׁׁרְךָ** & integrum, **וַיְרַא אֶלְזִים וְרֹעֵה**, Deique timentem & a malo recendentem esse, sicut non umbram, sed corpus, non initia, sed excellentiora augmenta gerere potis fuisse. Periculum potius in productis ex *ἀμοιβαῖς* sermonibus locis, Auctori sine ducio selectissimis & gravissimis, facimus.

S. IV. Scilicet, quae c. IV. v. 13. seqq. de spiritu seu spectro noctu a se visto narrat Eliphaz, ita de Anti-Chr̄isto Antonides explicat: factum esse, ut, cum perplexae hominum cogitationes (**שְׁעִירָה**) recessissent a veritate in Christo, variisque technis ac inventis, stupentes & somniantes, occupatae essent, dormientibus Ecclesiae hominibus, etiam Vigilibus, illapo in eos torpore (**בְּנֶפֶל תְּרוּמָה**) v. 13. factum, inquam, ut DEUS (qui **פָּחָר** Gen. XXXI, 42. 53.) obviam veniret, vel, alio sensu, ut terror Papalis irrueret, multisque, immo omnibus fere, Ecclesiae Romanae columnis, (seu ossibus, **עַצְמֹתָה**) Episcopis, Cardinalibus &c. obedientiae tremorem injiceret v. 14. dein, ut ipse Papa, ceu spiritus & spectrum (**חַרְבָּן**) celerrime transiret, &, (vi duplicitis verbi significatus) Ecclesiae colorem, formam, adeoque indolem in Conciliis suis, universalibus ac particularibus, & singulari ratione in Tridentino, transeundo immutaret, utque omnes Papae, qui ab illo, velut pilia capite, dependebant, illumque, modo simili, circumdabant, starent unanimes praestarentque obsequium & honorem, efficeret. v. 15. Factum quoque, ut imago Papalis, seu bestiae (*εἰνὼν θηρίος* Apoc. XIII, 14. 15.) qualis a mundi ortu, neque extiterat unquam, neque visa, neque agnita fuerat, se, auctoritate & magnitudine fixaque sede, in Bonifacio III. erigeret, secutoque multorum, & cum tempore omnium, primo quidem Episcoporum Praelatorumve, dein minorum e plebe hominum alto, per contradictionis omissionem & obsequium, silentio, audiretur ex illa Imagine vox v. 16. & verbum, cuius particulam retinuerat memoria Eliphaz v. 12. cuiusque summa, e mente Nostrī, fuerat: quod nullus hominum, nec **גָּבָר**, i. e. maximus & gravissimus, Episcopus, Cardinalis, ipse etiam Papa, justus & perfectus sit e justitia Dei, Factoris i. e. Creatoris & Redemptoris sui, quin potius se, licet justitiae Christi tectum pal-

pallio, imperfectionum confiteri, hincque per Bona Opera justitiam suam  
ut efficiat, quaerere, utque variis mundandi mediis, Baptismis, aqua-  
lustrali, purgatorio, reddatur purus, desiderare quivis teneatur v. 17.  
collatis e Concilii Tridentini Sessione VI. canonibus 7. 9. 10. 11. 12. 21.  
24. 33. quod etiam nec עכזרות nec מלאכיות, nec Patrum bea-  
tae animae, nec Angeli, alio sensu, nec adfixi sedibus suis Doctores, Ser-  
vi Christi, etiam, spectati tamen extra officium, Servi Servorum, nec  
Missionarii illi seu Cursores Romanae Ecclesiae, immunes ab omni im-  
perfectione & stultitia sint, quin potius peccata confiteri eorumque re-  
missionem, conditione jam data, impetrare necessum omnes, Papa haud  
excluso, habeant; unde concludendum, quam vana coetus dissentien-  
tis, turbae illius, & plebis, & impii haeretici populi de plena sua justi-  
tia ac perfectione sit opinio, v. 18. Quodque tandem miseri adversantis  
Ecclesiae homunciones, oppressorum & exulum instar luteas inhabitan-  
tes casas, veraque adeo Ecclesiae nota, felicitate, destituti consumendi  
v. 19. contundendi aeternumque interituri v. 20. spoliandi denique re-  
liquis suis, & in insipientia morituri v. 21. sint. Ad mysticam hanc ex-  
plicationem respiciens ita insit rad. G. Auctor: noyt als ten tijde des N.T.  
konde van sulken grooten en berugten Geest, nagt-gesigte en spooksel ge-  
sproken worden.

S. V. Quidni vero vel ad solum V. T. tempus habitu respectu  
de tanto tamque famoso spiritu, nocturno viso & spectro fieri verba ab  
Eliphazo potuissent? Rem ab initio ad finem usque repetamus. Nonne  
potuit Eliphaz, verus ille, non mysticus, ut acciperet facti ad se, no-  
cturna visione, quam vere contigisse, Viro, insciis licet, num a DEO an a  
Satana, an ab hominis phantasia provenerit, credimus, verbi particulam,  
in torpore, cum aliis, in visione, in perplexis cogitationibus esse, maxime,  
dum per septem noctes, meditabundus procul dubio? de felicibus modo,  
modo infelicibus Ijobi fatis, cum caeteris amicis, jacuerat, nonne po-  
tuit praeire viso praenuncius pavidaque seu trementia redditurus ossa  
(ךךך) pavor? nonne potuit Spiritus aliquis, ater an albus, magnus an  
parvus fuerit, non definitur, celerrimo motu viri facies praeterire (quae  
magis usitata תְּלִיל notio est,) ita, ut obstupuerit steterintque co-  
mae? nonne potuit stare coram oculis Eliphazi ignota quadam imago,  
vel sub hac imagine ignotus ille spiritus, cumque staret, silentium sequi  
percipique auribus vox? nonne potuit ex hac voce כָּנַנְתִּי רַבְנֵן furti-  
vum

vum quasi verbum, & מִנְחָה שְׁמַךְ ex illo particulam, & eam quidem, quae v. 19-21. adfertur, audire Eliphaz, atque, ut promiserat v. 12. Ijob recensere? Eveniunt talia nobis nostro tempore: evenerunt, ut non dubitamus, antiquis temporibus aliis: quidni evenire Eliphazo suo tempore, non attento N.T. statu, evenire potuerint? Si potuerunt, nulla, ut ad N. T. tempora primario hanc applicemus visionem, necessitas urget. Ratio, quam addit Auctor, wyl onder't N. T. de Anti-Christ heeft plaats gevonden, welke aldaar verstaan word, ἐν τῷ κενοπόειῳ est. Quod recitatam l. c. verbi particulam repetierit Eliphaz, Ijobi praevius sermo exegit. Detestatus fuerat, infirmitate praeventus, Ijob diem noctemque ortus sui: quae siverat, quam ob causam fata adeo dura se, DEO ita dirigente, premerent & tantum non opprimerent; tacite hoc ipso aliquam Deo injustitiam & impuritatem, sibi vero justitiam ac puritatem adscripturus c. III. Huic ergo regerendum ab Eliphazo erat: justusne prae Deo mortalis, purusne prae factore suo Vir sit h.l. v. 19. sub juncta e comparatis ratione v. seqq. simili ordine, quo idem Eliphaz c. XV. exprobrata Ijobo in loquendo & cogitando audacia v. 13. quid est homo, ut immaculatus sit, & ut justus sit natus mulieris? subjungit v. 14. eandem quoque cum superius data rationem v. 15. additurus. Nec obstat, quod non justitiae prae DEO, puritatisque prae Factore, sed Justitiae e DEO (רָאשֵׁן חֶסֶד) puritatisve e Factore (רָאשֵׁן כְּנָסָה) mentio in loco nostro fiat, haec vero non tam in Eliphazi cum Ijobo, quam in Papaeorum cum Ecclesia controversiam veniat; cum pluribus una vici bus prae fixum ו significationem τῷ Prae habeat sicque praerogativam prae aliquo vel competentem vel affectatam innuat. Dicere igitur, quod res phrasesve e primo Eliphazi dialogo adductae, in plenissimo sensu, seu in pleno complemento, Eliphazum penes invenire liceat, quid impedit?

§. VI. Et quid impedit paria de sermonibus Ijobis dicere? Loquitur Ijob c. X. v. 21. 22. de terra summae caliginis umbraque mortis. Wat toont dat anders, als het Anti-Christendom, daar de dood heerscht? quaerit Antonides. Immo vero, respondemus, sepulcri mortisve statum, ubi nox perpetua, quo vadere cum aliis Ijobus, pauxillo dierum absoluto v. 20. tenebatur, denotare terra ista & umbra valet. Cui non obelt, quod adjicit Auctor, t' welche soe meenigmaal op die wijse elders in de Schriften beschreven word, seu, regnum Papale eodem modo alibi saepius de-

scribi; cum quaestio non sit, quid re atque phrasij Ijobea describatur alibi, sed quid in praesenti loco describi necessario debeat. Meminit idem Ijobus c. XXX, 3. 4. *hominum in arida, tenebricosa vastaque loca aufugientium, herbasque falsuginosas ibidem evellenium, radicibusve juniperorum vescen:um:* quibuscum conferri vult Auctor Sodomae fundum, vitemve ex agris Gomorrhæis, amaras ferentem uvas Devt. XXXII, 32. colocinthum 2. Reg. IV, 39. absinthii radicem, & paludosa illa minusque sana loca Ez. XLVII, 11. e quibus collatis colligit: *Soo sult gy niet twijfelen kunnen, of 't Antichristendom word van Job beoogt.* Quid autem, si dubitaremus, si plenum sensum statueremus in misericordiis hominibus, qui, ut **צְשִׁירֵי** v. i. parvi seu pauperes, victimum in eremis, radicibus herbis, etiam amaris, querere ac sumere, summa egelstate & fame, coacti sunt? haud obstante, quod per res amaras amaraque fermentes ac paludosas, sive illas, quas, omissa probatione, Auctor confert, sive alias, in scriptura Anti-Christi status exhibeat. Unde dispalescit, Ijoborum quoque dialogorum res phrasesve Ijobum penes, vel homines Ijobeo tempore viventes, in pleno complemento inveniri posse.

§. VII. Quibus singulis aliquid etiam ex ipsa de sensu Historiae Ijobæ mystico sententia addimus. Res nimurum ac phrases omnes, quas vel in dialogis, vel in caeteris libri Ijobei pericopis, mystice seu prophetice explicat Antonides, explicandæ prius juxta literam & historice sunt. Jam vero omnis mysticus sensus in Historia aliqua latens plenitudinem literalis sensus, quoad singula, in quibus typico-antitypica relatio datur, supponit, idque eo magis, quo magis certum est, non tam phrasium, quam rerum in phrasibus, literali sensu, contentarum sensum, mysticum esse. Quod si verum est, plenum aliquem sensum, sepositis licet rebus & phrasibus N. T. literalem nempe, in rebus & phrasibus Historiae Ijobæ habebimus; quod aliquo modo fateri videtur, ipse Auctor, dum Praef. col. 8. omissam hic illic verborum exegesin ita excusat: *Ook wijst de sinnebeeldige betekenis de letterlijke sin an-, schoon 'er niet van mogt gesproken worden, wegens de overeenkomste van beiden: en nadien de sinnebeeldige uit de eigentijke woorden en haar beduidenissen komt te rijzen.* Nonne igitur pari certitudine res ac phrases omnes, heic obvenientes, in solo sensu literali, prout **τολησωνα** suum adeptæ in historia fatorum Ijobi sub V. T. erant, nos retinere possemus, qua easdem in sensu mystico, prout plenum complementum in

in historia fatorum Ecclesiae N. T. erant adepturae, ampliare Antonides potuit? Quod si Hic fortasse quandam Spiritus Prophetici sermocinationem vel scripturae parallelismum in illis urgeat, respondendo isti jam praevenimus supra §. 1. & huic inferius superveniemus.

§. VIII. Ni ergo clariores radii ex Ijobi Historia emanent, aut, si emanent, clarissimum ostendantur, sensus Historiae mysticus adhuc in obscuro jacebit. Non negamus tamen, obscuritatem hanc tolli tectamque lucem conspicuam reddi posse, si is, qui Historiae principis Auctor est, Spiritus, vel generali aliquo canone, vel speciali applicatione, in verbo suo, praegnantem, de quo controvertitur, sensum in Ijobi quoque libro quaerendum ac, si non reperiendum, inveniendum tamen esse revelaverit. Gratum Auctori suppositum. Revelavit haec, inquit, Spiritus. Revelavit haec generali illo & ex ipsius Messiae testimonio collecto canone, quod totum Sacri Codicis volumen, quantum, quantum sit, de Christo ejusque Ecclesia agat: revelavit etiam speciali applicatione, dum Ijobum, ut typicum Ecclesiae N. T. exemplum, Jacobi manu, Christianis conspiciendum exposuit; quae secundum acterium pro sensu totius Historiae mystico momentum praebent. Ad haec vero quid reponemus?

§. IX. Ad alterum pro mystico totius Historiae sensu argumentum, quod *Mysticum, in quo Historia Ijobeana extat, Volumen efficit.* S. I. §. 22. sequentia, ut videas, quae certa nobis in illo sint, quaeque dubia videantur, accipe. Quod Ijob cum historia sua sacro insertus sit Codici (*dat Job in 't Heilige Boek geplaatst word:*) quod sacer hic Codex, etiam si multis constet Scriptoribus, unicum tantum constitutum Volumen (*maar een eenige Rolle uitleevert:*) quod tractet hoc Volumen Dei, de Redemtione, Redemptore, hujusque oeconomiis viis atque bonis consilium (per auctoris linguam: *welke van Gods Raad ter verlossinge, de Verlosser, sijne huishoudingen, weegen en goederen handelt:*) quodque hoc ipsum (ut vult Ille in verbis: *want, segt de Heiland, in de Rolle des Boeks is van my geschreeven Psal. XL, 8.*) ex asserto Messiano: *In Volumine Libri scriptum de me est, probari suo modo queat, certissimum nobis est;* ni fortasse per סִפְרֵי בְּנֵי דָוִיד, *Volumen libri, non quidem, cum aliquibus, divinum vitae aeternae aut providentiae, cui Davidis nomen inscriptum sit, nec etiam facti Messiam inter ac Deum quasi contractus librum, utrumque improprie ita dicendum, nec librum.*

E 2

Scri-

Scripturae primum, proprie sic dictum, vel primam hujus Parascham: neque tamen totum Scripturae V.T. nedum simul N.T. Codicem, sed solum Mosis Pentateuchum, ex antiquissimo more, ut alia quoque scripta, cylindrum super seu axem ligneum in orbem circumvolutum, vel tantum, quantus Davidis tempore extitit, Codicem intelligere, praeeuntibus paucis pluribusve interpretibus, teneamur. Nec dubitabimus, ex adlata ab Antonide, aliunde licet, quam e dicto citato firmanda, hypothesi, quod totum Volumen divinum de Redemtione &c. consilium tractet, consequi, Ijobo, historiae ejus atque libro idem, ni impune, ceu non divinus, sacro librorum Canonicorum Catalogo ejiciendus sit, agendum necessario esse. Caetera vero dubia videntur.

§. X. Dubium videtur, quod e Messiana phras: *In Volumine scriptum de me est* (*in de rolle is van my geschreeven*) colligi indubitate possit sensus: in toto Volumine (*en de gansche Rolle*) scriptum esse de Messia; cum sermonis & Hebraei, & Graeci, & Latini, & Germani, & ex his omnibus oriundi natura, in sacris, in profanis ferat, ut, si de aliqua re in Collecto quodam e pluribus Scriptis Volumine, quod Codicis modo, modo Thesauri, modo Bibliothecae, modo Operis, modo aliis titulum gerit, scriptum esse dicatur, non totum statim Volumen, sed ex eo aliqua tantum scripta, si non plane unicum, attendantur. Dubium videtur, & in primis quidem, (*cum, in toto Volumine Sacro de Salvatore nostro scriptum esse, omnes istius partes commonstrent, nec ad certa Scripta effatum Messianum l.c. restringatur,*) quod singuli Sacri Voluminis libri in continua sua serie de rebus ad redemtionem nostram spectantibus agant, quodque adeo integer Ijobi liber earum plenus esse, & quantus quantus est, ab initio ad finem usque, Dei consilia viasque in Christo pro scopo habere debeat, (*ut expresse Auctor: het gebeele Boek moet 'er vol van sijn, van vooren af tot aan 't einde toe op Gods Raad en weegen in Christus doelen.*) Instantias heic a libris Historicis, qui in Volumine Sacro extant, singulis Antonidi non dabimus, bene gnari, quod praeeunte, & comitante, & insequente numero popularium suorum choro, etiam singulos illos integros, quanti quanti sunt, ab initio ad finem usque, pari cum Ijobea Historia aliisque Scriptis divinis modo, idem DEI consilium viasque in Christo pro scopo habere, sit pronunciaturus. Assertionis probationem desideramus magis: hanc non dabit generale illud suppositum, quod singuli totius Volumi-

luminis libri de Christo agant; cum ex iis aliqui per hunc illumine singulari textum, ut alii per totum contextum, agere de illo possint: eo minus dictum Psalmistae dabit; utpote e quo vix librorum singulorum, nedium singularum libri cuiusvis partium de Christo tractatio probatur. Quid, si igitur proposito superiorius de Historia Ijobea postulato satisfieri putaremus, si hic illuc aliqua Christi mentio inspergatur (*met nu of dan eens van Christus te melden?*) si vel in solo c. XIX. v. 25-27. obrutus miseris Ijob de suo לְאָנָּה plenissimam fide confessionem edat? ut de אֶלְךָ מֶלֶךְ אֶחָד מֶלֶךְ e c. XXXIII. 23. de quo lis est, nihil dicamus. Nostra ergo non facimus verba Auctoris: *Job sijn Historie en Boek moet dan noodzaakelijk ook soo doen, (i.e. caeterorum librorum Biblicorum instar, & quidem, ut modo explicavit semetipsum Auctor, ab initio ad finem usque, DEI de Redemtione, Redemptore e- jusque oeconomiis, viis ac bonis consilium tractare,) sonder dat mogte het ongestraft, als ongoddelyk, uit de heilige Boek-lijst geworpen worden.* Adhaec in mentem venit, integrum Ijobi librum pro scopo, (quem a sensu distingvere licebit,) habere posse DEI consilia viasque in Christo, etiamsi typum non ferat, nec typice explicetur, (quod negat Auctor: 't welke niet geschieden kan, of Job en sijn Historie moet sinnebeeldig sijn, en als foodaanig verklart worden;) si nimurum Ijob ceu Vir aliquis pius, in Christum Redemptorem credens, atque ab eo per vias adeo mirabiles ductus reductusve, ut plurimum vere patiens, qui in Ecclesia V. T. jam extitit, Ecclesiae N. T. in exemplum exercenda in fide patientiae & experiundae singularis Dei providentiae spiritu S. propositus esse simplici, non typico sensu, dicatur. Atque hoc est, quod Jacobus intendere videtur, dum c. V. v. 11. ad Christianos suos scribit: τὴν ὑπερονθήνατην ἡλίσκουσε; καὶ τὸ πέλθον Κυρίου εἰδεῖτε. ὅπις πλευ- απλαγχύνεις εἴτε καὶ εἰπιγμῶν. Ast, postquam ex ipso hoc dicto Jacobo sensum mysticum confirmare quam maxime Antonides studuit, nostrum erit, ut, in quibus cum illo consentiamus, in quibus ab eodem dissentiamus, exponatur.

§. XI. Tertium hoc, quod pro sensu Historiae totius mystico sumere a mystica in N. T. applicatione Auctori placuit, fulcimentum cum adspicimus, consentimus Auctori in eo, quod Jacobus l. c. Ijobum Iobique historiam ad Ecclesiam N. T. applicet, (*dat Jacobus Job en sijn Historie op de Kerke des N. T. toepast;*) res nunquam in controversia-

fuit: consentimus etiam, quod a Jacobo, ut divino Scriptore (*Goddelijken Schrijver*) scripta haec applicatio sit; desit de hoc inter nos controversia. Sed in eo statim dissentimus, quod applicatio illa exilis admodum & jejuna, seu plane insipida, (*te leeg en te laf*, ex Hammeliana translatione: *zu niedrig und zu abgeschmackt*) videatur, si a Scriptore hoc divino facta fuerit per aliquam tantum accommodationem (*slechts by wege van eenige accommodatie*) ad monstrandum nudam, quae ex accidenti adsit, convenientiam, non propriam DEI intentionem, (*om alleen toevallige overeenkomste, en niet het eigen oogmerk Gods aan te wijzen*;) ubi tamen, ne pugnemus *ως ἀρχαὶ διαρρέεται*, per convenientiam, quae ex accidenti est, eam, quae inter exemplum (ut Ijobi,) & exemplum (ut Ecclesiae,) absque relatione typico-antitypica datur, & per propriam DEI intentionem mysticam illam, quam foverit DEUS in Historia a Jacobo adlata, hoc quidem loco, intelligi a Nostro supponimus. Dissentimus inquam. Nonne enim sat illustris, & si ita loqui licet, sat saporata foret applicatio, si ad illustrandum vel probandum *μακεσσούν τῶν ιστορίων*, quem in priori versus II. parte posuerat, Apostolus, Divinus Scriptor, e divina inspiratione adduceret exempli simplicis, non typici loco Ijobum, tantum, e sententia DEI, e sententia quoque *τῶν δώδεκα Φυλῶν*, ad quas scribebat, Virum. Magna utique in Scriptis omnibus omnium exemplorum vis est, eoque major, quo major in iis, qui exempli loco sistuntur, vel virtus vel casus eminuit. Aut exilio iam dominatur applicatio, quoties Viri *Θεόπνευσος* alii in scriptis V. J. T. ad exempla mere talia provocant? si dicat Antonides, ob evitare am ipsam hanc exilitatem caetera quoque exempla in typorum numerum adsciscenda esse, laborem sane Herculeum explicando illa in se transferet, nec tamen exantlato eo omni certus de mystico eorundem sensu erit. Et quis nescit, optimos quosque ex omni aevo scriptores, Occidentalis, Orientalis sermonis Magistros, Orationes in primis, exempla scriptis suis inspersisse saepius, signo typove minus apta, indeque non nisi eam, quae ex accidenti est, convenientiam ostensura? Non nescit hoc Auctor, sed adnotat, humanum hoc esse, non divinum: *Wy menschen sijn wel gewoon, inquit, ieds gelijks met ieds gelijks te paren, sonder dat eigentlijk het eene om of tot het ander, of om 't ander te beteeken en te verbeelden geschikt is; edog Gods Wijsheid, en de Diep-grondigheid sijnes Geestes neemt een hooger toon.*

Pon-

Ponderosa est exceptio, non diffiteor, si ad Dei sapientiam Spiritusque divini profundum appellatur. Negare heic aliquid, religioni nobis merito ducimus: nec audemus tamen, temeritatis metuentes culpam, aliquid, & tanta quidem, quantam prae se fert Auctor, *παρέγνωσις*, absque gravi ratione adfirmare. Ubi vero gravis Auctoris ratio? Certe quicquid de profundis DEI nosse debemus, id omne revelavit nobis ipse per Spiritum suum. Monstrandum igitur erat, e revelatione Spiritus S. per literas Sacras facta, requirere sapientiam DEI Spiritusque Ejus profundum, ut, quaecunque a Scriptoribus *Θεοπνευστοις* illustrationis aut probationis ergo adducuntur, Exempla, significativam quandam & praefigurativam similitudinem secum gerent. Arbitramur sane, ex illis multa, tam salvis sapientia DEI Spiritusque divini profundo, adhiberi in scriptis divinis citra respectum ad similitudinem aliquam *οντωτηνην* aut *τυπηνην* potuisse, quam salvis iisdem citra respectum ad ejusmodi similitudinem Similia, ut Rethores vocant, quamplurima adhibita in illis, procul omni dubio, sunt. Non *ἐν διδακτησίᾳ αὐτοῦ* *Θεοπνευστοῖς οὐ φίλαις λόγοις*, *ἐν διδακτησίᾳ πνεύματος οἰχείοις* potius, loquuti sunt, scripsierunt quoque Apostoli; verum est: sed omnem hominum morem in deducendis sanctissimis suis sermonibus deseruisse Deum, Scripturae Autorem ut sapientissimum, ita in homines per varias *οντωτηνηατάθετοις* benignissimum, non invenimus, nec ipse Antonides noster inveniri posse existimabit.

§. XII. At alio ex fonte, eoque propiori, Idem pergit: ipsummet Jacobi textum urget. Urget ex hoc, quod Jacobus Ijobum perinde ac alios Prophetas sub nomine *ιωδαίηματος* seu praefigurantis exempli v.10 complectatur (*dat Jakobus hem soo wel als de andere Profeeten onder de naam van ιωδαίημα, voorbeeldende exemplar begrijpt;*) e quo mox colligit Auctor, typum & picturam rei alicujus eundem esse ac gerere (*is by nu een voorbeeldend exemplaar, soo is en tragt hy immers een voorbeeld en schilderye,*) rei autem nullius typum & picturam, nisi Ecclesiae N. T. (*dog waar anders van als van de Kerke des N. T.)* speciosum argumenti fulcrum. Haesitavi ipse aliquantis per circa locum Jacobum, haec legens, praefertim, cum Paulinum vocis *ιωδαίηματος* usum ex Epistola ad Hebreos una conferrem. Duo nihil minus sunt, quae ulterius inquirenti obvenerunt, dubia. Alterum minoris esse momenti videtur, scilicet, quod certum adeo haud sit, Ijobum perinde ac alios Prophete-

phetas sub nomine Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος] a Jacobo comprehendendi, cum quaeri adhuc posset, num Ijobi exemplo simul exhortatoriam, ad λῆψιν της παρεκδίγματος τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς μακεσφύγειας, (in v. 10. positam,) annon solam assertoriam, quae, non intermedia alia, (in v. 11.) anteces-ferat, de μακαρισμῷ τῶν ἐπουεντων, enunciationem illustrare Apo-stolus aut probare velit; quorum ultimum, concedentibus, si non plane (vi consecutionis) syadentibus Exegeſeos verae principiis, aliquis impune eligeret: ut tranſeam, nondum evictum esse, vel in Synagoga vel in Ecclesia, quod Ijob Propheta, sensu ſpecialiori ita dicendus, fue-rit, referrique adeo a Jacobo l. c. v. 10. inter τὰς παρόψιας, εἰ ἐλαχι-στὸν τῷ ὀνοματικοῦ, meruerit. Alterum vero magis ad rem dijudi-candam pertinebit.

§. XIII. Tota nimirum de specioso Antonidis fulcro κέριος pen-det a significatu vocis Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος]. intimetne illa necessario typum & talem quidem, qualem intimari Auctor vult, videndum est. Evolve-mus hinc loca, in quibus tum ipsum nomen Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος], tum nominis originarium verbum, Ἰωάννην, usurpatur; attendemus, quem in u-noquovis loco utrumque habere vel debeat vel possit, significatum: &, quae tandem ex inductione omnium locorum certior nobis videbitur τῇ Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος] notio, ediferemus; bona ubique fide processuri. Utitur nomine Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος] Johannes Evangelista, repetiturus Christi de exemplari sua lotione effatum: Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος], sic verba fluunt, ἔδωκε δικαῖον, ἵνα καθὼς ἐγώ ἐπικοινωνῶ μεῖν, καὶ υἱοῖς ποιῆται. Joh. XIII. v. 15. Typi significatus necessarius hic non est; poterat Christus, lavando, merum exemplum, ut eadem vel similia praefestarent, Apostolis dare: conf. v. 14. Utitur isto nomine Petrus 2. Petr. II. v. 6. dum per κατοικησθαι Sodomae & Gomorrhæ Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος] αὐτοβεβην̄ positum a Deo esse dicit. Meri & hic, non typici exempli loco πάλαις Σοδομῶν καὶ Γομιρ-ῆας, ad constituendam a communione culpae ad communionem poenae argumentationem, pari valore v. 6. quo ἀγγελος ἀμαρτήσαντες v. 4. & ἀρχαι[τικοῖς] κίσι[τοις] v. 5. introduci potuerunt. Utitur eodem Paulus in sua ad Hebraeos Epistola tribus vicibus: prima quidem, exempli vel ty-pici vel etiam simplicis significatu c. IV. v. n. quo in loco praemonet Apostolus, ne quis Christianorum ἢ τῶν ἀντιτάροις (Judeorum nempe, conf. v. 2. 6.) Ἰωάννη μα[θ]ητ[ος] ἀπειθεῖται labatur: duabus vero reli-quis sub apertissima typi seu exempli præfigurantis notione; una, cum de-

describit Sacerdotes, ut λατρέουσις ἡσθίγματι καὶ σκιᾶ τῶν ἐπιφε-  
νίαν c. VIII, 5. coll. v. 4. altera, ubi sanguine victimarum mundata scri-  
bit τὰ ἡσθίγματα τῶν ἐν τοῖς θεραπεῦσι c. IX, 23. coll. v. 24. Quod  
ad verbum ἡσθίγματα attinet, Matthaeus & Lucas in sequentibus lo-  
cis id usurpant. Matth. III. v. 7. Phariseos & Sadduceos ita adloqui-  
tur Johannes: τὸς ἡσθίξεων ὑμῶν Φυγῶν δότο τῷ μελλόντος ὀργῆς  
quam phrasin retinet in ejusdem adloquii recensione Lucas c. III. v. 7.  
qui aliis quoque Oratoribus idem, de quo quaerimus, verbum alibi tri-  
buit, ut Christo, tum in Historia Eangelica c. VI. v. 47. ubi ad discipu-  
los ille: ἡσθίξω ὑμῖν, τίνι ἔστιν (διάκειν με τῶν λόγων καὶ πιῶν  
αὐτῶν) ὄμοιος, & c. XII. v. 5. ubi idem ad eosdem: ἡσθίξω ὑμῖν, τίνα  
φοβηθῆτε, tum in Historia Apostolorum c. IX, 16. ubi Christus ad A-  
naniam de Paulo: ἐγὼ ἡσθίξω αὐτῷ, ὅτι δὲ αὐτὸν ἡσθε τῇ ὀνόμα-  
τῃ με παθεῖν. dein Paulo etiam, haec ad Ephesinos suos in valedicto-  
rio sermone, locuturo verba: πάντα ἡσθίξα ὑμῖν, Act. XX, 35. In  
nullo e citatis loco typica (proprie sic dicenda) ἡσθίξις, extanti a-  
liqua claritate, apparet; quod contextus seriem penitus introsipienti  
certum reddetur. Generatim potius verbi ἡσθίγματα significatio,  
collata cum enarrato Scripturae usu ejusdem ex ἡσθίξις & δεκτήνια com-  
positione, erit, (si plura, quam alii, concedamus,) ut plurimum saltim,  
ostendere rem aliquam sub alia, sive res haec alia typica sit, sive minus.  
Quibus suppositis ἡσθίγματα nomen rem, (ad summum,) diceret,  
sub qua, ob similitudinem aliquam vel typicam vel simplicem alia qua-  
piam res ostenditur. Hunc vocis significatum, nec antiquioribus Grae-  
cis ignotum olim, si admittas, etiam in solo literali sensu ἡσθίγματα  
esse Ijobus potuit, siquidem sub illius μανομέθεια, μανεγήσια, ἡσθί-  
μη, uti omnibus, coaevis ac posteris, adeoque & V. T. Ecclesiae, ita  
cum primis Ecclesiae N. T. exercitium similis μανομέθεια, μανεγή-  
σια, ἡσθίμη ab Ijobo, immo ipsomet Deo, Historiae Ijobae Auctore  
primo, ostensum fuit.

§. XIV. Urget quidem, e contextu adhuc, Antonides, quod ef-  
ficacius longe, supposito typo, ad obtinendum finem suum adhibere,  
Ijobum Apostolus potuerit, quam si, seposito isto, communis instar ex-  
empli, in quo similitudo quaedam (sc. mera) adfuerit, Ethicorum mo-  
re, illum proposuisset; (clara Auctoris verba: Gelijk ook Jacobus hem  
met sijne verdraagsaamheid e s. v. veel kragtiger tot sijn einde, om

naamelijk de Geloovige Langmoedige verdraagsamheid te leeren en gebruiken, dan indien by hem slegis als een gemeen exemplē van gelijkheid, na de *Wijze van Seede-Leeraars, voorstelde.*) Verum, et si vel maxime daremus Auctori, quod hic postulat, inferri tamen ex eo nequit, uti ex eo solo nec infert Auctor, Historiam Ijobeam esse debere typicam, cum & seposito isto, magna sermoni Jacobeo remaneat, in movendis ad commendatam patientiam &c. animis, efficacia ex eo, quod ab ipso Spiritu S. Oratore sapientissimo, per Scriptorem Θεοπνέυστον, longissime a toto omnium Ethicorum grege distantem, e Scriptura Sacra V. T. γέγονος ἡ τῆς παρεκκλήσεως τῶν γεγόνων τὴν ἐλπίδα εχώμεν, Rom. XV, 4. illustrissimum Ijobi exemplum, ab omnibus summe aestumatissum, positum ob oculos fuerit; majori omnino pondere, quam factum postea ab eo, quem nominaveramus superius, Poeta, Prudentio, qui in Psychomachia sua, ubi descripscerat, ut Ethicus, Patientiae cum Ira pugnam, ita fatur v. 62. seqq: - fecit medias impune cohortes Egregio comitata a viro: nam proximus Ijob Haeserat invictae dura inter bella magistræ, Fronte severus adhuc, & multo vulnere anhelus: Sed jam clausa truci subridens ulcera vultu -- Illum diva jubet tandem requiescere ab omni Armorum strepitu - Atque tantum de argumentis pro sensu mystico totius Historiae.

§. XV. Judicandum nunc de iis, quae Auctor speciatim pro dialogorum sensu mystico protulit, supr. Sect. I. §. 24. Primum desumit a mystico Initii & Finis Historiae Ijobae sensu. Conditionalem struit propositionem: so 't eerste en laaste Jobs sinnebeeldig is en op de Kerke speelt, so moet ook het middenste geagt worden terwaarts te doelen. Dubitaret aliquis de Enunciationis hujus veritate, cum fieri potuerit, ut, exemplo aliorum Virorum, quorum historia in literis sacris extat, in his illisve, non vero omnibus fatis, vel in factis omnibus, non item in dictis, typum, una cum amicis suis, gesserit; sicuti paries basin inter & culmen (fastigium dic, si mavis) supremumve tectum interjacens ('t Muurwerk, dat tusschen 't fundament en den voltoo-y-top of opper-dak staat,) quamvis ad idem aedificium (tot het selve gebouw) pertineat, diversae tamen a basi & fastigio tectove materiae ac formae esse solet. Sed admittamus, veram esse propositionem integrum, ob elegantiorem typi

typi in historia aliqua nexus: nondum tamen vera erit primaria illius pars, quae Logicis Prius modo, modo Antecedens audit, conditio scilicet. An prima enim & ultima Ijobi sint typica, illud ipsum est, de quo quaeritur: si excipiat, probatum jam esse τὸ νερούδηρον, regerimus, & a nobis, quod dubium videbatur, repositum fuisse. Secunda ac tertia ratio, ex ipsis quippe, de quibus disputamus, dialogis erutae, magis ferire nos videntur. Eas ergo perspiciamus.

§. XVI. Altera, quae Dialogorum sensum mysticum e mente Nostris firmat, ratio est Eorum, utpote mystica, Poesis. Videamus singula: De Redenen, sic intimaat rationem Auctor, sijn in Digt-Werk Poësy seggen wy op onduitsch voorgedragen. Verum hoc est, si Accentus, distinctionis & conjunctionis in scriptis divinis divina signa, consideret. Obtinet utique a c. III. v. 3. in quo primus Ijobi cum amicis incipit, ad c. XLII. v. 6. ubi ultimus Ijobi cum DEO dialogus definit, metrica, non Prosaica Accentuum series ac potestas. Dubium idem, si primario respiciat ipsum Textum; quem respicere primario videtur, dum inter Poeseos specimina refert Mosis, Debora, Hannae, Solomonis Cantica Hymnos-ve, in quibus omnibus Prosaica est, non metrica accentuatio: Solomoni-nes vero Proverbia, quae Metricam Accentuum positionem cum Psalmis & Ijobeis dialogis communem habent, omittit. Dubium, inquam, si textum respiciat. Unde enim, nisi ad Accentus potissimum attenda-tur, confectos fuisse ad Artis Poeticae normam dialogos, probabitur? An e Genere aliquo Poetico? fortasse hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes & propter linguae idioma crebro accipientes alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum: & interdum rythmus ipse quoque dulcis & tinnulus fertur, numeris pedum solutis: quod metricus magis, quam simplex Lector, intelli- get; quae observatio Hieronymi est in praef. in Ijobum. Fateor: Da- vus sum, simplex lector, non lector metricus, non Oedipus. Oedi- pus fuit Vatablus, Oedipus Mercerus, Oedipi alii nonnulli; sed ni- hil de ea carminis ratione certi attulisse & ipsos hos Oedipos, me- tricos Lectores, multi Philologorum observarunt. Sic Sphingis ae- nigma manet Poeticum Ijobeorum dialogorum genus; de quo ipse Auctor P.I. Intr. §. 13. de voet-maat, op welche het digitwerk deses Boeks gant, is ons onbekent. An ex Inventione probabitur dialogorum Poesis? Fictionem vix admittet Noster; quippe qui de Ijobo Historiam non

Tragico-Comoediam, poetarum inventum, offerri in Libro Ijobeo toto, aperte satis demonstravit P. IV. Int. §. 5-9. An e Dispositione? Minus clate: Oratoriae Artis aequa, si non magis, quam Poeseos regulas isti sequuntur. An ex Elocutione & Diductione Poetica? utramque statuit Auctor: illam P. I. Int. §. 13. (*de stijl is van cap. 3. tot an c. 42. Poetisch, sijn sprekig, treur-bly-einde-speelig seu tragico-comicus:*) hanc P. IV. §. II. (*wy meinen, dat Job en de Vrienden eenige woorden en reedenen in't korte gevoert hebben noopens ten tegenwoordigen toestand der saaken; edog dat de Geest die korte reedenen op sijn Poetisch hebbe doen toestellen, uitbreiden, vervullen en opfieren &c.*) Ast unde probabitur utraque? Sublimia & sententiosa verba praedominantur in dialogis, fatemur; ast Oratorum non minus ac Poetarum haec sunt: & sapientum, quales Ijob ejusque Amici, fuerunt praecipue. Esto, phrases admisceri sententiosis illis sermonibus mere poeticas, rariores hae erunt, adeoque in argumentum Poeticae Elocutionis minus trahendae. Diductionem Poeticam, quam supponit Noster, firmatam firma aliqua ratione non esse, jam supra §. 1. notavimus. An denique e textus Pronuntiatione vel Descriptione probabitur Poesis? Nullo robore: linearum tonorumque formatio eadem in dialogis, quae in Scriptis Sacris Prosaicis. Ast transcant haec: Poetice propositi funto dialogi; quid hinc?

§. XVII. Multum ex eo concludere conatur Antonides: indicium scilicet, quod sub velamine seu praecinctorio suo, i. e. sub rebus, quas litera fert, alia quaepiam tecta gerant; pergit enim: *zonengevolgelijk, dat se onder haarschorfse ieds anders verbergen.* Cur hoc vero? rationem exigimus: addit hanc Ille, subjiciens statim: *want dit de aard van een regtschapen digt-werk is.* Pronuntient de rationis hujus, quam a natura Poeseos Auctor sumsit, vel veritate vel falsitate uberioris illi, qui laurea digni sunt. Nobis in praesenti dubia ea videtur, cum nec ab Auctore addita, nec a nobis adhuc inventa sit solida probatio. Certe reconditum Poeseos sensum non postulat pedum constitutio: scribas monocolon, dicolon, tricolon carmen: abesse is potest, etiamsi eidem hoc illudve genus prae caeteris inservire aptum sit. Non postulat ejusmodi sensum carminis materia seu objectum: canas in natales genethliaca, in nuptias epithalamia, in discessum aliorum propemptica, in abitum tuum apobateria, inque redditum epibateria, in victorias epicicia, in Magnalia DEI hymnos, in res personasve insignes encomialistica, in

in urbium aut regionum eversiones threnos, in defunctorum funus epicedia, in tumulum epitaphia, in res alias alias nominis carmina: sub rerum velamine res tegere haud cogeris; ni aenigmatica forte Auditori tuo seu Lectori dare aveas. Neque etiam tractandi modus reconditum illum Poescos sensum ubique postulat. Εξηγητικῶς age: exponere res gestas cum genealogiis historico, res Philosophicas, Oeconomicas aliarumque Artium doctrinas didascalico, sola morum praecepta angeltico, res varias epistolico carmine: tegendis sub velamine rebus non indigebis; sed indigebis demum, si fata quorundam factaque sive laeti sive tristis eventus, adscitis aliis personis, vel cum apparatu scenico, vel absque eo, per μίμησιν repreäsentando δεγματικῶς, aut dramaticum & exegeticum modum conjungendo μικῆς agere malis. Nec obstat auctoritas aliqua: Extant Graecae, Latinae, Germanicae Poescos, antiquiora, recentiora specimina, quae nihil sub velamine gerunt: quis omnia ea spuria dixerit? Immo si demus, Graecorum, Latinorum, Germanorum, Belgarum quoque legibus genuina talia non esse; num aestumanda ex illorum legibus esset Hebraeorum, & Veterum quidem, Poesis? Quod si instet Auctor, Sacrorum, quae Spiritus S. consignavit, carminum in universum indolem esse, ut tota sub rerum velo res alias tegant; probare id, primum qua caetera, quae praeter Ijobea in sacris extant, Poëmata, dein, cum alia agere Methodo Scriptor Ijobeus potuerit, etiam qua dialogos nostros, labore haud adeo levi, tenebitur. Hoc vero si probaverit, concedemus facile, dummodo semper res futurae, praeteritae nunquam, sub velo lateant, quod adjecit ille: 't gene sy nu onder de schorsse verbergen, sal, so jedz voordeele, om de Kerke des N. T. endingen daar op betrekkinge hebbende speelen; siquidem in mysticis V. T. rebus major ad res N. T. quam ad res quovis alio tempore futuras, respectus habeatur. De mystica Hymnorum Mosis, Debora, Hannae, Psalmorum Davidis & Cantici Solomoni Poesi multa heic disquirere non vacat. Ne quid tamen praejudicii e silentio nostro Auctori nascatur, notamus, admissio etiam mystico illorum Poematum, in pluribus, sensu, dialogorum Ijoborum sensum mysticum nondum evictum esse. Deprehendimus quippe, singularis plane & a nostris distincti generis ista esse, dum singulari plane & nulli dialogorum nostrorum praefixo titulo τῶν Σιρῶν seu Canticorum omnia, (excepto solo Hannaeo ex i. Sam. II, i. הַלְלָה nominando,) insigniuntur, vid. Exed. XV, i. Devt. XXXI,

XXXI, 30. XXXII, 39. Jud. V, II. Psalmos permultos, Cant. I, I. Scrupulum quidem movit phrasis: **וַיְסַפֵּר אִוֶּב שָׁאַל** מִשְׁלֹו וַיִּאמֶר occurrens c. XXVII, I. XXIX, I, in qua vox **מִשְׁלָק** Auctori mysticos notat sermones (*woorden en redenen, die sinnebeeldig sijn, en op geestelijke dingen en de Kerke passen, ut vocis vim posteriori in loco brevius aperit;*) at, cum cogitaremus, nec primam originem, nec Scripturae perpetuum usum mysticam in voce **מִשְׁלָק** notionem exigere, sed generatim potius *xueias γνώμας*, sententias dominas & regias, conceptas de rebus summis, coelestibus, memorabilibus, & egregiis, rotundis, nervosis, penetrantibus, seu propriis seu figuratis, dictis enunciatas, B. Dannhauero Nostro in Hodos. Prooem. Interpretate, eam denotare, eximi scrupulum passi sumus; (in parenthesi licet adprobemus, quod dicit Auctor in parenthesi ad c. XXVII. v. I. postquam uberior vim vocis expresserat, want so veel meinen wy 't Woord **מִשְׁלָק** by de H. Schrijvern in dierglijke stoffe, i. e. in tali, mystica nempe, materia, te betekenen.) Unde verba: *gelijk 't ook met het Digt-werk van Mosis, Debora's, Hanna's Gesangen, Davids Psalmen, Solomons Lied der Liedern so gelegen is, pro velo Poetico dicta nobis non obsunt.* Atque sic satis de altero pro dialogis argumento.

§. XVIII. Restat ultimum pro mystico Dialogorum sensu argumentum, quod invenire se putat Auctor in mystico cum aliis Scripturae V. T. locis parallelismo. Plura hic nobis placent. Placet adserendum prius: *in Job en sijner Vrienden redenen* (in Ijobi ejusque Amicorum sermonibus; pro his enim, non simul pro caeteris argumenta sua l. c. Auctor confert: quod notare supra oblii sumus,) *sijn verscheiden uitdrukkingen, die ook elders in de Profetien en Psalmen gevonden en van 't N. T. verklaart worden.* Multos in dialogis nostris ostendit Auctor, per integrum in eos Commentarium, loquendi modos, qui totidem ferre, vel plane etiam, verbis in Prophetiis Psalmisive inveniuntur, immo de N. T. explicantur. Nec displicet posterius: *de overeenkomste nuer der Schriften is eene allernutste en gefundeerste setregel om eenig deel van Gods woord te openen.* Certe, quae utilis magis, quae magis fundata in interpretanda aliqua verbi divini parte regula esset, praeter fidei analogiam, phrasium emphasis, contextus harmoniam non datur. Demonstrari tamen ex his posse, quod demonstrandum erat, ambigimus. Scilicet ad verum Scripturae parallelismum nudus phrasium concentus haud

haud sufficit: plura requiruntur: e quibus praecipuum est, ut eodem scopo ac sensu phrasis eadem in distinctis locis a Scriptoribus, vel iisdem, vel diversis, usurpetur; unde exorta inter parallelismum qua sola verba, & parallelismum qua rem ac verba simul (tertium, qua rem solam, ceu hoc non pertinentem, hic omittimus) distinctio est. Quousque igitur Clarissimus Auctor non demonstraverit, Ijobum Ijobique amicos eodem scopo ac sensu, quo Prophetae, & Psalmista, iisdem usos fuisse phrasibus, eousque genuinum & ad rem ipsam attinentem parallelismum eum, quem insperat dialogis Auctor, non agnoscimus. Paucis: totam, de sensu Dialogorum, immo totius Historiae mystico sententiam adjuvabit egregie adductus & adducendus parallelismus, quam primum caeteris, quae protulit Auctor, argumentis pondus suum, constiterit. Si instet Antonides, constare adhuc pondus suum prolatis a se caeteris argumentis: apodictica ea & sufficientia adhuc esse (vid. S. I. §. 25.) si repetat de caeteris duobus secundae classis illa: *dat de redenen van Job en sijne Vrienden, waarlijk sinnebeeldig sijn, meinen wy ten vollen uit dese redenen te blijken: si de omnibus primae classis haec repetat: dat doen wy door navolgende betoog redenen, die wy meinen soo veel en soo gewigtig te sijn, dat er 't gemoed van een ieder Christen in sal beruften kunnen, vel: uit dese (en diergelyke) bewijs-reedenen vermeinen wy ten klaarsten te blijken, dat de H. Job 't voorbeeld en de schilderye van de Kerke des N. T. gedraagen heeft, en dat de in sijn Boek vermelde saaken sinnebeeldig sijn: 't welk wy te bewijzen hadden; removenda erunt, quae singulis opposuimus, dubia, pondusque a nobis fortasse nondum satis perspectum commonstrandum erit. Credat Antonides, tam parato animo, quam Ille meliora de Explicantibus, nos meliora de probantibus momentis μελετήματε, si quae oblata fuerint, amplexuros esse. Et haec de momentis probantibus dicta sunt.*

S. XIX. Ad momenta sententiam de sensu Historiae Ijobae mystico, commendantia, de quibus S. I. §. 26.27. ut multa adnotemus, crescens sub manibus materia, immo ipsa instituti nostri ratio, quae erat, in fundamenta, quibus innitebatur tota sensus mystici structura, magis, quam in explicationes, quam in commendationes, inquire. Pauca tamen, eaque brevi stilo communicabimus. Commendat Auctor suas de mystico sensu meditationes maxime a consensu cum fidei analogia & Ecclesiae suae Formulis. Nos ad haec breviter. Magni momenti res ad commendandam inter-

interpretationem Analogia Fidei est: ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν τὸν πίστεων, καὶ τὴν αὐτοῖς τῆς πίστεως, inquit Apostolus Rom. XII, 6. Sed obvenerunt in Explicatione hujus illiusve periodi, vel in rebus vel in phrasibus, quae minus consentire cum illa videbantur. Perquirere tamen ea in praesenti non lubet, cum remotis etiam iis, sensus mysticus, si ponderosa essent, quae Auctor pro eo congeslit, argumenta, defendi posset. Unicum addimus: fidei analogiam tenent indubitate, qui literae soli inhaerentes mirandos fidelium in his terris ductus pro dogmatica exegeseos norma ponunt, Lectoribus ubivis acclamatari: דָעַ כִּי הַפְּלָה יוֹחָזֶן חֲסִיר לוֹ e Psal. IV, 4. De consensu cum Ecclesiae Reformatae Formulis videant Reformati, prae caeteris populares, Belgae. Nostrae Concordiae Formulae contrarii non sunt, qui Iob exemplum ut mere historicum ad illustrandam, quam modo innuimus, doctrinam adhibent. Ita enim *Apologia A. C.* p. 96. 97. Deus varie exercet sanctos, & saepe differt praemia justitiae operum, ut discant non confidere sua justitia, ut discant quaerere voluntatem Dei magis quam praemia, sicut apparet in *JOB*, in *Christo* & aliis Sanctis. Ad caetera commendationis momenta, plura alio tempore. Jam claudimus opellam; si datam supr. p. 29. l. 30. fidem, intimando Ven. Stisseri edendum propediem Opus, solverimus.

§. XX. Claudimus vero, ut Catena Patrum in Ijobum, cum Chrysostomo: Εκάστος δὲ τῶν αἰδηγματούχων, ὡσερ εἰς ἀρχέτυπόν τινα εἴναι ὄρῶν τὸν ἀθλητὴν τῶν τοῦ γενναιοῦ, μικρίστω τὴν ἀνδρείαν, ἔλετο τὸν ψαυμονήν, ἵνα τὴν αὐτὴν βασίους ὁδὸν, καὶ περὶ ἀπάντους τῷ Διεβόλῳ τοῖς μηχαναῖς γενναιοῖς παρατάξαμεν<sup>Θ</sup>, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, Πάτικαν δυνηθεῖν· καὶ γνέθω τὰ τῷ μακαρεῖα τῷδε πάθη, Φάρμακα τὸν ἡμετέρων κακῶν· καὶ τὸ χαλεπὸν τύττα κλυδώνιον, λιμῆν τῶν καὶ τὸν συρφαρῶν· καὶ εφ' ἐκάστω τῶν συβανούχων ἥμιν λογιζόμενα τὸν ἄγιον· καὶ ὄρῶντες ἐν σῶμα τὰ τῆς ὀικουμένης ψαυστὸν δεινά, γενναιοῖς ὅπερ τοῖς κατὰ μέρος Διαχειμένεσι· καὶ καθάπερ περὶ μητρέα τινα φιλόσοργον, παντοχότεν τὰς χεῖρας ὀπλινσόσαν, καὶ τὰ παιδία περιθυμένα δεχομένην καὶ ανακλαμένην, ὅτῳ περὶ τὴν βίβλου τάντην δει κατέθειν γεγονότα· καὶ εὐκτίσει τε καὶ μηκιστε ἥμιν ὅπῃ δεινά, ικανὴν πάντας λαβόντες τὴν παραμυθίαν, ἔτως ἀπελευθερωθεῖται χάριτι Χριστοῦ ἀληθινῆ Θεῖ. μεδ' ἐτῷ Πατερὶ ή δόξα, ἀμα τῷ ἄγιῳ πνεύματι, νῦν καὶ αἱ, καὶ αἱ τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

A M H N.


Lege B. L. p. 5. l. 8. γ p. v. p. 6. l. 2. hos p. hoc, p. 9. l. 20. decem p. undecim, p. II. l. 31.  
γνα p. γνα. p. 24. l. 34. paries p. murus, p. 26. l. 24. plurium p. plurimum, & haec  
atque caetera παρερμάτω ignosce.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn874351014/phys\\_0057](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn874351014/phys_0057)

DFG









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn874351014/phys\\_0061](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn874351014/phys_0061)

DFG







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn874351014/phys\\_0064](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn874351014/phys_0064)

DFG



que locus *i. Cor. XI, 5.* quo Paulus de Viris  
sque in Ecclesia prophetantibus loquitur. vide  
Celeberr. JOH. LIGHTFOOTVM in *Ho-*  
*aic. Talmudicis ad hunc locum, p.m. 211. sqq. & ad*  
*V. 2. p. 239. sqq.* Nulli præterea negamus, fami-  
n cum Deo intimam jure meritoque inter pri-  
ræcipua referri debere & posse, quibus alio-  
phetae hominum longissime transeunt condi-

Illustre hujus amicitiaæ ex Sacra Scriptura,  
Abrahamum, videre potes in Mose, cui tan-  
tid Judæi adscribunt gradum prophetiae, ut  
BECHAI *Comment. in legem fol. 3. col. 1.* אַרְןָ כָּלֵן  
 omnium Prophetarum Dominum vo-  
conf. ABARBANEL *Commentario in Devte-*  
*schas fol. m. 3. ad locum שֶׁלֶת וְזֹאת הַבִּיכָּה* לְאַ קְמָה בִּישְׁרָאֵל  
הַרְמָבֵן כָּתֵב שְׁלָא insuper de Bileamo adfert:

כָּהֲ חַהְרוֹת בְּפָסָק זֹהֵה לְסֶפֶר מְעֻלָּה  
שְׁלָא מְשָׁרֵח עַל כֵּל שֶׁאָרְחַנְבָּאִים כִּי כָּה  
זֹה בְּבָב "מִקּוּמוֹת חָא" בְּפָסָק אַסְמָה וְהַיְהָ נְכִיאָס  
וְגַטְרָה וְהַבָּ' בְּפָסָק אַסְמָה וְהַיְהָ נְכִיאָס  
בָּא לְכָאָר שְׁהָוֹת נְכֹוֹת מְשָׁה כְּמַרְכָּר עַם חָבָר  
אַל פְּנִים שְׁמַכְנֵין רְכָרוֹ וְכָנוֹתָו בְּאָמְרוֹ וְנְהַכְּרָר  
בְּפְנֵיו וְלֹכֶן אָמְרוֹ בְּכָלְעַטְס בְּעַת שְׁחוֹרָה מְנַכָּה  
יִשְׂרָאֵל הַיְהָ כָּן שְׁעַמְרָעַל רְכָרוֹ הַשְּׁמָה  
רְצָוָנוֹ וְחַפְצָנוֹ כְּכָל הַעֲרוֹד לְכָא עַל יְהָ

וּכְאָלו הַיְהָ הַזָּא מְנַכָּה פְּנִים כְּסִינָה

וְאָפָעַל פִּי קָי שְׁחַרְשָׁ בְּזָן נְכֹוֹתָה

לְנְכֹוֹתָה בְּלַעַט כְּמוֹ שְׁזַכְרוֹן בְּסֶפֶר וְכוֹן הַ

E 2

קְמָה